

ãms Velß

I

V

pro fratrum qui cepit ex fruchlag. pro vinu ex botz

199

Liber Mgri Johannis Veltz

N. Inv. 799.

799

Flores Antidotarij
Abrojasner

Abrotanum est planta plures habens ramusculos plena foliculis subtilibus aromatica habens amaritudinem in sapore
Et est duplex quidam masculus quedam femina et modicum differunt inter se nisi quod masculus est aliqualiter maior femelle De abrotano auctor secundus canonis c 1° dicit quod sit calidum in primo siccum in 2° Sed Galienus dicit ipsum esse calidum et sic in secundo et illum debemus sequi De operacionibus nota quod valet in tineis capitis et aliis maculis capitis Item valet in allopicia scilicet casu capillorum Unde pulverisatur et misceatur de cephano cum oleo et fit inde linitum unde liniatur caput Item valet ad accelerandum barbam et ad ortum eius si misceatur cum oleo de sinapi et liniatur locus Item valet in difficultate anhelitus Et hoc si proveniat ex frigiditate et constringente pectus quia sua caliditate removet malam qualitatem frigidam pectoris et dilatat vias anhelitus Unde fit decoctio eius Item valet ad confortandum stomachum debilitatum a frigiditate quia sua stipticitate confortat ipsum et etiam sua aromaticitate Sed sua caliditate et siccitate consumit malas liquidas stomachi Et hoc sive detur per modum potionis sive emplastri sive embrocacionis Item valet ad interficiendum vermes et lumbricos et ascarides Et hoc si teratur in pulverem et addatur sibi pulvis lupinorum et misceatur cum oleo ruthe vel absinthii et fiat emplastrum Idem facit pulvis supradictus cum lacte vel duo pondere sive cum vino Idem facit succus eius si cum succo absinthii bibatur Et ille potus confortat stomachum et intestina Item succus eius mixtus cum muca et facit pessarium provocat menstrua et fetum mortuum educit etc Item idem facit suffumigium eius et fit sic Recipe abrotani savine arthemisie ana manipulos i pulegii calamenti origani menta sive ana manipulos ii aque ... ana ... conterantur et fit inde suffumigium et potenter provocat menstrua et presertim quando quando retentio provenit ex frigiditate Vel fit balneum de illis rebus et mulier sedeat in ipso Item provocat urinam et frangit lapidem renum et vesice si fit embrocacio de eo vel emplastrum Item removet compressiones lateris Item valet in sciatica passione Item resolvit aposteomata scilicet que sunt dure resolucionis si misceatur cum farina ordei et melle Item valet ad idem si misceatur citonijs coctis Item fugat venenosa animalia si ponitur in angulis domus per quos consueverunt venenosa intrare vel fiat fumus eius Vel aspergatur domus cum aqua decoctionis eius Item valet contra venenum assumptum bibitum cum vino

Absinthium est herba satis nota que secundum Avicennam tres habet species que secundum eum diversificantur secundum diversitates terrarum in quibus crescit Et secundum Hippocratem eius sunt tres species quarum una est que absolute dicitur absinthium Et 2 absinthium Romanum et illud melius est cuius sapor stipticus amarus et acutus Unde stipticitas eius est fortior amaritudine Et in ... colligitur in medio vel in fine veris Et quamvis ... in prima sic in 2° ut volunt omnes me ... auctores vero succus eius calidior est herba accedens ad secundum gradum caliditatis De operacione dicit Avicenna quod valet in allopicia et in tineosa dispositione si bulliatur in vino et fit decoctio et abluatur caput Item valet ad removendum violationem circa oculos et in aliis locis et percussione ut cum factus est unde conteratur et misceatur cum melle addito pulvere cimini et fiat linimentum Item succus eius bibitus valet ad clarificandum oculos Item succus eius oleo impositus removet ruborem et pannum Item si cum succo eius liniantur palpebre ingrossate removet grossiciem earum Item removet ... fiat eius decoctio in vino vel in aqua et addatur radix ... et ligetur spongia sive penna et ponatur super timpora ad idem valet ... eius Item vapor decoctionis eius ex aqua vel vino removet dolorem aurium et tinnitum et surditatem Item si succus eius instillatur auri interficit vermes aurium et hoc est verum si nuclei persicorum contriti commisceantur ei Item valet contra fetorem oris si decoquatur in aceto et inde abluatur os cum eo cum pulvere ... gingivarum Similiter in fetore oris proveniente a materia putrida existente

in stomacho confortat vinum decoctionis eius
Item valet contra apostemata oris si misce-
atur succus eius cum melle sale et
aceto et lavatur palatum Item
de absinthio fit sirupus qui valet contra ethicam
quartanam et sub ypocondriis Item sirupus eius
est confortativus stomachi et appetitum
prostratum reducit Item fortiter aper-
it opilationes epatis et splenis Et
ideo dicit Avicenna 2° canone capitulo proprio quod
3 iii de succo eius mane bibite per
decem dies continuos valde curat
illas egritudines Et quia ille po-
tus apparet infernalis ideo melius
est bulire absinthium cum sero ca-
prino addendo aliquid de boragine
et tunc valet in illo casu Item contra
scabiem et pruritum si cum eo et fu-
mo terre et psillio et inca[l]abit fit lo-
cio Item educit coleram a stomacho
et ab intestinis et epate et mundifi-
cat sanguinem intra venas ab hu-
more colerico adusto et ab aquoso et
educit interdum istas materias per vi-
as urine et paucum educit de fleumate
Item valet ad interficiendum vermes
in ventre ut lumbricos et ascarides
maxime si ex eo fit electuarium sic recipe
℞ absinthii ʒ ii euforb
ʒ i ß cornu cervi usti mellis
quantum sufficit fiat electuarium et comedatur ven-
tre vacuo ieiuno stomacho Item valet
in doloribus antiquis ypocondriorum
epatis et stomachi unde tractatur de oleo
de altrana et mixtino et fit em-
plastrum quod apponatur ypocondriis sive ce-
stoi misterium debet cum oleo rosarum et
ex eo et ficubus et farina ordei
fit emplastrum quod multum valet sple-
neticis et ydropicis Item decoctio
eius sola cum aceto et mellis pota-
ta interficit lumbricos et ascari-
des et educit illos levi laxatione
Item facit decoctio eius cum lenti-
bus sumpta vel si emplastretur facit
idem Item provocat menstrua et
urinam si applicetur cum apparatu
medicinis Item valet contra tine-
as vestes corrodentes si pulvis eius
ponitur inter vestes Item fugat
pulices si ponitur ad cameram Et
si pulvis eius cum oleo infrictis
vel succus eius et corpus ungatur
neque pulices neque vermes corpus
rodent Item si decoctio eius fun-
datur in inausto streptos a corrog-
sione vermium Item valet contra

morsum draconis et scorpionis ma-
rini et serpentis Item vinum eius
decoctionis bibitum valet contra disposi-
cione suffocationis provenientis ex co-
mestione fungorum unde quidam efficaciter deffe-
ci me feci de fungi dolenter cau-
sa fuere mei
Abel est fructus iuniperi in partibus
ultramarinis crescens cuius fruc-
tus est niger coloris tendens ad ru-
bicunditatem Et est maioris quantitatis
quam est granum iuniperi crescentis hic
in partibus et est boni odoris et a-
cuti aliqualiter Sed nota quod due sunt
species arboris iuniperi Una est cuius
folia sunt similia foliis cypressi
multas habens spinas que dilatatur cir-
ca terram et non multum ab ea elon-
gatur Et cuius fructus sive nucibus
proprie dicendum est Et est alia spe-
cies cuius folia sunt ut folia tamari-
sci sed differunt a prima quia est si-
ccior secundum aliquos et magis calidior Et
fructus illius est maioris quantitatis et
ipsa plus elongatur a terra et illa
reperitur in partibus istis De qua secunda
specie et eius fructu dicetur infra
in capitulo simplicium incipientium ab I De
hoc et in Abel dicit Avicenna quod est
calidum et siccum in 2° De proprietatibus eius
nota quod est vehementis resolucionis
et dissolucionis quare dicitur valere
in contra facta ex materia frigida flata
Item abel est excitativus cum qua-
dam scripture quare valet in ulce-
ribus putridis unde fit pulvis et misce-
atur cum melle et fit unguentum Et
dicit Avicenna si capiatur nux abel et
decoquatur in oleo zizanie donec nux in-
grossa fiat deinde oleum exprimatur ex nu-
ce seu grano ex pluribus talibus et
distilletur in aurem valde valet in sur-
ditate Verum abel non reperitur in
partibus istis ideo quidam faciunt
illud oleum cum granis iuniperi cresce-
ntis in istis partibus Et oleum zizanie
mirum est liquor extractus ex semine
zizanii De quo dicetur infra in capitulo si-
plicium medicinarum incipientium
Abulisse est lactuca asinina
de qua dicetur in capitulo simpli-
cium incipientium ab L quia ibi
habet locum
Acatia est succus quidam exsiccatus
a pomis quod vero quod dicit Serapion quod
reperitur in Babilonia arbor cuius
gumma dicitur gumma arabica sive gummi

arabicum Et est arbor spinosa pro-
ducens fructum in figura ad modum
lupinorum albarum et de isto exprimitur
succus qui cum exsiccatur in umbra dicitur
acacia. et qui fructus est maturus tunc
succus est nigri coloris Et qui est im-
maturus tunc est coloris smaragdi
et acacia que fit ex succo imatu-
ro est melior Et quandoque non solum
ex fructu ymo etiam folijs cum fru-
ctibus exprimitur. et fit ut acaciam
unde illa acacia raro ad nos venit
sed ultimo loco ista alia ex prunis
silvestribus imaturis Et modus est
ille ante tempus maturationis colli-
guntur et exprimuntur succus qui soli
exponitur ita ut exsiccetur et talis
succus dicitur acacia Et illa acacia
non est ita bona sicut illa que
portatur de partibus babilonie seu
ultramarinis De natura et gradu no-
ta quod prima acacia quia natura quando non
est abluta est frigida in primo sicca in
2o. si abluta est frigida in 2o sicca in 2o
quia per abluciones aliquae partes
subtiles removentur. quia est frigi-
dior non abluta Platearius dicit
de vera acacia quod sit frigida et sicca in 3o
unde eius siccitas est maior frigiditate
quia tendit in siccitate ad quartum gra-
dum De operationibus et proprietatibus no-
ta quod valet ad denigrandum capillos
unde dissolvatur in pluvialis debili et
fit ablutio dicti per hos omnes Item valet
in tumore oculi unde dissolvatur in
oculo rosarum et fit emplastrum super oculum
Item si acacia abluatur pluries in
aqua deinde misceatur cum lacte mu-
lieris puellam lactentis valet in optalmia
calida natura sed sedat dolorem
et restringit fluxum materie ymo vi-
detur valere in quacumque obtalmia
propter causam tam Et etiam removet
rubedinem oculi Et dicit Avicenna
quod acacia interceditur in natura ungu-
le Item valet ad restringendum
fluxum sanguinis narium unde dissol-
vatur in succis plantaginis et impo-
natur naribus unde misceatur
cum albumine oui et modicum emplastri appo-
natur fronti restringit fluxum
sanguinis narium Item valet ad restringen-
dum fluxum ventris colericum sive
dissintericum unde de acacia masticata
fiat sicut bolo arm et albumine oui fit
emplastrum supra ventrem Item valet
contra vomitum colericum et illud quod
ex debilitate virtutis retentive adveni-
unt Platearius acaciam inmittunt decoquant et
distempera cum albumine ovorum et
conficiant ad modum emplastri et pona-
tur super furculam pectoris inferiorem sub
qua os stomachi situatur Item si acacia
cum alijs palladibus restrictivis assu-
matur per os unde cum quis sorbilibus
vel vino rubeo aut cum aqua ferrata a-
cum aqua sublimationis plantaginis
valet in predictis casibus Item valet ad re-
tentionem menstruorum unde ex ea et balaustis
et alijs restrictivis fit emplastrum quod
ponitur super pectine mulieris aut sub
volva Item in eodem casu potest ex ea
fieri victima cum alijs apparatis po-
nendo in os matricis nam potenter re-
stringunt Item valet in exitu ani et
matricis Item valet in combustione ignis
aut aque ferventis si ex ea et albugi-
ne oui fit emplastrum quod super locum
ponitur quia mitigat potenter dolorem
et prohibet fluxum materie ad locum et
consolidat sua siccitate Item si mi-
sceatur cum succis plantaginis aut
canale et fiet emplastrum valet ad apostemata
calida ut herisipila et similia Item
confert scissuris factis in digitis et
manibus ex frigiditate

Arctosa est herba quedam de
qua dicit Plinius in libro de sim-
plici medicina quod sit lappacium Pro quo
nota quod arctosi sunt quatuor species
quedam est que nascitur in paludibus
et locis aquosis cuius folia sunt dura
et habent summitates acutas et est lappa-
cium acutum alia est species cuius folia
similia folijs ... Et est alia species
et ista habet folia pilosa similia folijs
plantaginis unde sunt longiora Et
hec arctosa est ex qua una ex pre-
... fit salsa ... Et est quarta species
que reperitur in pratis in locis mon-
tanis. et est similis arctose iam di-
cte sed habet stipitem ... et sum-
mitates acutas et non est magna et
sunt folia eius parvi subtilia et non
spissa ad quantitatem foliorum salvie
et illa habet ... et supra stipitem
habet ... plures et illa species
dicitur arctosa De gradu et natura
nota quod est frigida et sicca in 2o dicit quod
semen eius ... frigida in primo sicca in 2o De
proprietatibus nota quod lotio oris facta
ex decoctione eius confert doloribus
dentium Item decoctio eius sedat
dolorem aurium Item dicit Avicenna

quod decoctio eius facta in vino co-
fert apostematibus aurium Item valet in
ictericia ex opilatione Unde decoctio
quatur in vino subtili et bibatur
et est expertum Item illud vinum
dicitur sedare nauseam Item fo-
lia acetose laxant ventrem propter
quasdam partes nitrosas in eis
latentes Semen eius stringit ven-
trem Dicit Serapio quod in semine eius
est stipticitas manifesta adeo
quod curat ulcera intestinorum et
fluxum ventris Item vinum de-
coctionis eius frangit lapidem pro-
vocat urinam Item teratur radix eius
et fit ex ea nasale et impositum
naribus abscindit cursum antiquum
humiditatum aurium Item valet in
punctione scorpionis Unde dicit Serapio
quod si quis comederit de ea ante
eius decoctione biberit et pungatur
tur a scorpione non nocet ei scilicet
etiam Unde aufert valde contra venenum
Item aqua sublimationis eius mix-
ta cum tyriaca valet multum in pesti-
lentia Unde recipe ℥ i ℈ aque ʒ i
tyriace et misce simul et fiat potus
qui detur patienti circa medium
noctis deinde tegatur patiens
ut sudor superveniat nam relevat
patientem vino plerumque curat ut
sepe experta in me et pluribus
aliis in quadam pestilentia in Vi-
enna Item radix eius trita mixta cum
sale et oleo laurino et fit unguentum
quod valet in scabie pruriosa Item
ex succo eius et terebintina et sa-
le et oleo laurino conficitur unguen-
tum scabiosis Item valet in mor-
phea serpigine et similibus defeda-
tionibus cutis scilicet prius locus mor-
pheatus seu serpiginosus cum ace-
to infusionis radicis eius per iii
vel iiii dies in sole vel circa igne
fricatur Item dicitur quod si suppe-
ditatur ad collum patientis scro-
phulas removet eas Est autem ace-
tosa et acetula apud aliquos

Acetum est subtile idem
liquidum per putrefactionem
perfecta acidis extra quo ad sapo-
rem Et dicunt auctores et Serapio
quod sit sicce substantie que existit contra
ex frigido et calido Unde frigidum est a de
Et licet ex vino et cervisia et succo
granatorum seu succo pomorum et similium
possit fieri acetum primo tamen

de aceto vini est dicendum pro quo notandum
quod cum vinum putrescit et corrumpi-
tur partes aliquae subtiles calide
piende ipsius vini resolvuntur et
remanet pars magis terrestris propter quam
cum gentione cum partibus aquo-
sis generatur sapor acetosus unde si-
quid habemus quasi vinum ad ignem
ponatur in olla et bulliatur aceto-
sitatem acquirit Ex istis modo potest
concipi modus quo fiunt faciunt et
ingenerant alii acquirere acetositatem
Et Platearius dicit duos modos
quibus acetum fit Unus est imple-
atur vas aliquod ad medietatem
cum vino et permittatur sic stare tali-
ter tamen quod vas sit discoopertum ut
partes subtiles valeant exalare
tunc totum in acetum convertitur Vel
fit isto modo et tunc calefit calix
et ponitur in vino replente vas
discoopertum Vel ponitur vas ad so-
lem per aliquot dies aliquo tempore
calidis De natura et complexione notandum quod
est frigidum et siccum in secundo gradu Unde frigidum et
tendit ad tertium Unde ad secundum eius
maxime cum fuerit antiquatum
secundum Sinam Serapio De operationibus et ope-
rationibus nota quod multum valet con-
tra (?) in ro et oleo rosarum et simul mi-
sceatur Item dicit Serapio quod spon-
gia infundatur in aceto que prius
sunt infusa in oleo rosarum et apponatur
fronti confert contra (?) ex cali-
ditate solis Item valet contra litargiam
si volas manuum et plantas pedum fri-
centur cum eo et sale simul in
frenesi dicitur valere Item remo-
vet livorem sub oculo vel casus
vel percussionis si decoquatur cum melle
et linitur locus Unde eius assidu-
atio facit debilem visum Item fu-
mus sive vapor eius calidus confert
gravitati auditus et tinnitui aurium
Item cum distilletur in aurem inter-
ficit vermes in eo existentes Item lo-
tio oris facta ex aceto et alumine tale
facta firmat dentes mobiles et
stringit gingivas sanguinolentas Item
excutit sanguisugas que adherent
gutturi Item gargarizatio facta ex
eo abscindit cursum humorum re-
mentium ad guttur Item tale gar-
garisma ad casum uvule et ad squi-
nanciam Item abscindit sanguinem
a quocumque membro fluat si bi-
batur aut fit sessio in eo Item

confert stomacho non humido appetitum de
caliditate et humiditate Item fit
salsa id est ex eo cum salvia foliis petro
silii et pipere et menta stomacho confor
tatum et appetitum valet provocandum
Et dicitur si acetum invenit stoma
chum plenum quod tunc laxat ventrem
si vero ieiunum quod tunc stringit ipsum
Item valet contra vomitum et fluxum ven
tris unde bulliantur cortices tamarindi
et galle vel aliquid aliud in aceto
et ponitur lana vel spongia deinde
exprimatur et ponitur super stomachum
si fit vomitus si vero sit fluxus
ventris super umbilicum Item qui
cum cibis sumitur tunc prohibet
omnium superfluitatum ad ventrem
Item dissolvit sanguinem coagula
tum in ventre et similiter lac coa
gulatum. Item quum bibitur cum sale
obviat nocumento fungorum Item
dicit Avicenna quod evaporatio facta ex
aceto valet ydropisi Item quum misce
tur cum pauco sulphure et appo
natur tepidum super podagram valet
Item valet ad sedandum pruritum cor
poris quum cum eo linitur locus Item
valet contra morsum animalium venenosorum
[illegible] a sua proprietate Similiter illis
qui assumpserunt medicinas mortiferas
ut opium [illegible] et similia Item
ex una parte aceti et duabus mel
lis et quatuor aque fit syrupus ace
tosus qui dicitur valere [illegible]
[illegible] in qua non est oppilatio epatis vel sple
nis aut mesenterii maxime si
in ea febris est grossa qui est inci
sivus subtiliatus et humorum
grossorum dissolutivus Item ex eo fit
oximel simplex et oximel diureticum sive
radicibus de quibus vide in anti
dotario

Spatula fetida

Acorus est planta quedam
que ab aliis spatula fetida
dicitur et crescit ut plurimum in locis
aquosis Cuius folia sunt similia fo
liis yreos nisi quia sunt subtiliora
et longiora et ad albedinem decli
nantia et in summitate ipsorum sunt
rigidiora et sunt acuta ad simili
tudinem gladii et ponit florem
croceum sive citrini coloris et ob
hoc aliqui ipsum nominant lilium
citrinum et sunt radices eius fere

lilium citrinum

similes radicibus yreos verum sunt
magis coadherentes ad invicem et
sunt tortuose habentes nodos et
color eorum tendit ad rubedinem
Et habet acorus acutum saporem cum
pauca amaritudine et habet odorem non
malum et producit semen odoris
placabilis Et illud quod utimur
de acoro est radix eius que quum [illegible]
[illegible] in rebus [illegible] acori sunt [illegible]
radix Et dicit G[alienus] quod ipse est subtilis
subtilis et debet colligi tempore esta
tis et maxime circa principium eius et
deinde mundi remotis superfluitatibus ex
tensis in quatuor partes et debet
poni in sole exsiccari ne remaneret
cum sua humiditate et putrefieret Et
dicit Platearius quod per tres vel quatuor
annos servari De hoc quod multum
valet [illegible] frigidis cerebri
et nervorum et maxime conditum valet
in antidotario [illegible] Item valet
in attractionibus nervorum Item succus
radicis eius attenuat grossitiem cor
nee et confert albugini oculorum
et removet eam quia valde abster
git unde bulliatur in vino et fit co
latura cui addatur aloes hepatis et fit
iterum bullitio et coletur et colatura re
[illegible] et tunc impo
natur oculis Item valet ad dolo
rem dentium Item valet ad confortan
dum linguam paraliticam quia poten
ter consumit humiditatem eius Item
valet dolori pectoris pulmonis la
teris et epatis Item confortat stoma
chum debilem per humores superfluos
frigidos quia illos consumit et maxime
conditus Item resolvit duritiem
splenis et ventositates eius Item
valet in oppilatione epatis et splenis unde
[illegible] et ponitur per quatuor
vel quinque dies in aceto deinde ex
illo aceto cum aliis [illegible] fit
syrupus cum melle Item confert do
lori pungitivo ventris et intestino
rum Item valet ad provocandum urinam
unde cum aliis apparatur fit [illegible]
[illegible]
in quo paciens sedeat vel coqua
tur in vino et detur paciente Item
provocat menstrua et valet in dolore matricis
unde decoquatur in aqua radix et se
deat mulier in ea usque ad umbilicum
Item mitigat coitum et ma
xime conditus Item valet in punctura
vermium venenosorum unde ingreditur confe
ctionem tyriace

Adamas est lapis cuius certa
multi sunt in quodam flumine

in parte orientali cyrite et dicit
hali nullum hominem ad illud flu-
vium pervenisse nisi allexandrum magnum
et color eius assimilatur colori salis
armoniaci seu mis obscuri De opere
nota quod fit et ponitur in caritate De opera-
tionibus nota quod dicit G. quod per experi-
enciam huius adamante purificare
et abstergere dentes abstersione for-
ti cuius signum est quod aurifabri utun-
tur eo cum indigent magna abster-
sione Item valet ad excitandas gin-
givas humidas humiditate preter
naturam unde in eo est virtus abstersiva
fortis Item frangit lapidem in ve-
sica unde incontinencia urine Inest
enim ei a proprietate frangere et dividere
lapidem. propter quod dicit dyascorides
quod aurifabri utuntur eo ponentes ipsum
in stilis ferreis ad sculpendum la-
pidem ut zaphirum smaragdum etc
Et dicunt doctores quod non valet fran-
gere eum nisi plumbum Item a pro-
prietate plumbi alorsum facta cinerem
portent eum mulieres Item reddit
hominem a parte rastum

Adarcasta est color albus de
quo dicetur in capitulo simphitum mi-
nerum ab e

Adeps est pars corporis ex par-
te unctuosa sanguinis generata et
dividitur per adipem insulsum axungi-
am de quo fit mencio in suo capitulo
suo in parti Nota quod adeps sive an-
xungia ex una parte et pinguedo
sive lardum ex alia habent ad invicem
aliquam convenienciam in hoc quod gene-
rantur ex parte unctuosa sanguinis sed
differencia est quoniam materia axungie est ma-
gis aerea participans humiditate aquo-
sitate materia autem lardi sive pin-
guedinis non est ita unctuosa nec
tam aerea sed magis aquea Ergo
patet quod adeps est sicciens quam lardum
Item non licet pinguedo et axungia
ratione materie possent dici calide quo-
niam sunt producte ex parte unctu-
osa sanguinis tamen ratione formis sibi
convenientis ab efficienti tunc est
frigide forme quoniam a frigido coagula-
te producitur effectum Et potest
teneri quod adeps sive axungia sit
frigidior pinguedine sive lardo
quod non axungia fit actualiter sicior
pinguedine signum est quod frigora co-
agulante forcius fiunt intus quod plus
expressit humidum. propter quod siccum est

sicciens Item axungia ut plurimum gene-
ratur circa partes pannitulosas et
frigidas pinguedo magis circa par-
tes carneas. et ideo pinguedo
dicitur calidior

Adanthos est capillus veneris
vide de quo dicetur. Dirumbus est me-
dicina que nominatur hiperuris. habet
enim duas acies ut hiperuris Ut dicit
avicenna 2o capitulo De forma non Avicenna
dicit quod sit calida forme et possumus dicere
etiam quod sit sicce forme. quoniam in
ea est amaritudo cum ponticitate.
De proprietate nota quod habet aperire opilaciones
interiorum quoniam epatis et splenis et con-
fert dolori iuncturarum

Affodillus est planta huius folia
similia foliis porri domestici
Et appellatur ab aliis centum capita et habet
in summitate flores albos et producit
semina inglocorporis. et habet radices aliqua-
liter oblongas ad modum testiculorum
seu glandium et utitur solum radice. quam
quando scribitur affodillus radix debet
recipi De forma non quere capitulo et se-
cundo gradu. De proprietatibus nota quod valet
in allopicia unde fit unguentum ex succo
eius cum pulvere apum crematarum. si-
militer piscata cum melle fit ungue-
tum et liniatur corpus Ut dicit
haly autore dyascoride quod ex succo
eius et aliis fit bonum collirium pero-
lis quod est pro te. ʒ s. unce ʒ i bu-
liant in vino bono rubeo et succo
affodillorum cum lb s. usque ad con-
sumpcionem medie partis Deinde coletur
et reponitur in vase vitreo vel eneo
Dicit platearius quod hoc collirium miro mo-
do prodest si oculus liniatur quoniam delet
maculas et removet omne vicium
ipsorum Item valet in passionibus aurium
a quibus saniem egreditur. unde succus
eius misceatur cum oliverno melle et
vino et fit decoccio quae tepida distil-
letur in aurem Et dicit haly quod si
distilletur in aurem contra dentem
dolentis sedat dolorem eius Item valet
in morphea alba unde radix eius
comeratur et misceatur cum melle et li-
niatur locus prius fricatus fricerit
cum panno asperso contra ignem vel so-
lem Et dicit Avicenna quod datur in
potu ʒ s. cum vino confert tussi et
dolori amborum laterum et conquas-
sacioni nervorum Item valet in apostematibus
mamillarum et testiculorum unde con-
ficiatur ex eo emplastrum et fecibus vini

et applicetur · similiter valet carbunculis
et aliis exitur(is) similiter vulneribus sor-
didis et fraudulentis et corrosiuis
Item succus eius ad idem valet Item qui
miscetur cum farina ordei confert
in principio apostematum calidorum Item radix eius
est solutiua ventris cum bibatur puluis
eius Item stipes eius data in potu
est maxime medicina ictericis · quoniam vir-
tus eius est aperitiua et subtiliatiua Item
valet ydropicis Item prouocat urinam et men-
strua · quoniam est aperitiuus subtiliatiuus
abstersiuus et resolutiuus Contra in-
stranguria Item Recipe succi affodilli · ciceris
puluis · saxifragie puluis misceantur simul
cum totis et coletur et addatur mellis
uel succi et fiat potus qui misceatur
de mane patienti Item ʒ ij uel iij
sumpte cum vino valet contra morsum aliorum
venenosorum dictum est

Agaricus est notus Et dicit dyasco-
rides quod sit similis radici eiu-
dem id est arboris cuius gumma asa fetida
nominatur Et secundum Mesue oritur ad
modum fungi in quadam arbore · propter
quod aliqui dixerunt quod esset fungus
alii dicunt quod sit quedam excrescentia
arboris putride producta per modum
putrefactionis alii dicunt quod sit ra-
dix spongiosa et mollis sicut cuius-
dam arboris uel plante ut supra et
b et omnes concordant in hoc quod sit
duarum specierum scilicet masculus et fe-
mella · masculus est malus et est
qui est aliqualiter longus niger et
grauis et qui frangitur tunc in
medio apparent vene ad modum ner-
uorum et est durus densus · et de ista
specie non curatur in medicina femella
autem est illa quam laudant
sapientes que est leuis albi colo-
ris et figure rotunde et debet esse
faciliter frangibilis et tenerius et po-
rosus · et qui primo obuiat gustui de-
bet esse dulcis saporis · sed in pro-
cessu apparet eius amaritudo cum
quadam stipticitate et hec est ideo quia
substantia eius est composita ex substantia aere-
a posita magis in superficie propter quod primo
primus in gustu sentitur dulcis et
ex partibus terreis subtilibus · que
dant sibi stipticitatem in quibus
adsunt dominantes aliquae partes
ignee ratione quarum in ea est
aliqua amaritudo De gone non
quod secundum auctores est calida in primo siccus in
2o · et idem dicit Mesue De proprietatibus
nota secundum auctores est medicina mirabilis
ad zodiam antiquam capitis et vertiginem
· Ipse etiam confert manie melancolie et
egritudinibus nerui et epilepticis cere-
bri · quoniam a proprietate mundificat cere-
brum · nervos membra spiritualia et partes
vicinas a superfluitatibus grossis edu-
cit Item vsus eius reddit cuti et fa-
ciei bonum colorem Item confert a-
smaticis et tussientibus qui possunt
educere materias a pectore Item confert
vlceratis in pulmone qui dentur
pille de eo quod sic Recipe agarici masti-
ci ʒ iij radicis yreos pipp an ʒ i
cinciberis gruessi et albi ʒ v reubarbari
gat ʒ s colloquintide sarcocolle an
ʒ ij mirre ʒ i ʒ nk · ʒ vi confici-
antur pille cum syrupo liquiricie et detur secundum
dispositionem patientis dosis earum
est ʒ i · uel ʒ ij quia in dosibus sa-
lutaribus virtus patientis est consi-
deranda Ille pille mundificant pe-
ctus a grossis humoribus et confe-
runt ad predicta Item agaricus
confert dolori stomachi et eructuationi-
bus acetosis vnde comedatur et bibatur
aliquis potus desuper Item laxat
ventrem et precipue si sumatur cum
mellicrato Et nota quod est solutiuum
valde benignum · quoniam dicunt docto-
res quod non reperitur in eo nocumentum
vim tarde et debiliter soluit et eius
operatio vigoratur si ʒ a pro salis gemme
cum eo misceatur uel iungatur Item
mellicratum adiunctum sibi vigorat
suam operationem Et alia sunt vi-
gorantia et velocitantia eius opera-
tionem que videantur in libro Mesue
de consolidatione medicinarum Item
valet in opilatione epatis et splenis quia
confert ictericis ydropicis et duri-
ciem splenis patientibus Item mun-
dificat renes et matricem ideo valet
in prestatione matricis Item prouocat
urinam precipue ratione fortis vrine in
dissuria et stranguria Recipe saxifrag-
ie · i · coquatur in vino et coletur
et in colatura ponatur ʒ s agarici
et detur patienti Item valet contra
emorroydas · unde ex puluere eius fit mix-
tura cum succo ciclaminis et oleo
que calefacta ad ignem supponatur
Item valet ad contentum materiam a iu-
ncturis ideo valet ad omnes dolores in-
ternos corporis propter quod nouit
de morbis cum medicinis familia-
rem · familiariter cum partibus corporis

Item bibitus ante accessionem febris
vel in ℥ agarici ʒ ß fimteris ʒ i
fenugreci ʒ i ff decoctio de qua
detur haustus unus patienti ante ac-
cessionem febris fiat 7 horis isto
solo experimento multi liberantur Item
valet contra venenum propter quod multi re-
commendant pill' de agarico in pesti-
lencia Item emplastrum ex eo factum
valet contra morsum aliorum venenosorum
si detur ad potandum cum vino vel aceto

Agnus castus est planta que-
dam que propter sui magnitudinem
arbor dicitur Et vocatur agnus castus
quia reprimendo libidinem hominem red-
dit castum velut agnum Et crescit
in locis aquosis maxime et in silvis
et habet ramos duros ad frangen-
dum et sunt eius folia similia fo-
liis olive nisi quia sunt minora lon-
giora et molliora Et est duplex
quedam magna habens florem colore
purpureo Alter est parvus habens
flores albos similes piperi et est
minus unde piper eunuchorum appel-
latur Et administratur in medicina
de illa arbore folia fructus et ma-
xime flores. sed cum scribitur ℞
agni casti debemus eius flores ponere
et apotecarii hic solum habent semen
et debent flores colligi in vere
Et dicit platearius quod per annum et non
amplius in vigore fuerint Et
viridis est maioris efficacie quam exsic-
catus De complexione nota quod secundum avicennam
est calidus in primo siccus in 2o Serapio vero au-
ctoritate G. dicit quod sit calidus et siccus in
3o et hic tenendum De proprietatibus
nota quod valet contra litargiam si
fit decoctio de eo et salvia in aqua
salsa cum qua fricetur posterior
pars capitis Item semen eius
comestum in multa quantitate indu-
cit zodam et zuseth Item valet
in comestione nucis et palisi Item
ex semine et foliis fit emplastrum quod
valet ad aperiendum opilationes epatis et
splenis Item confert ydropicis
si ex eo ʒ i bibatur cum oximelle
Item valet contra duriciem ventris et
splenis vel mittatur in fece olei ut
putrefiat et addatur vinum forte
et fit decoctio postea coletur et cum
oleo et cera fiat unguentum nam hoc
remollit ventrem et splenem indu-
ratam Item semen eius comestum
abscindit libidinem consumendo

materiam spermaticam et hoc tam a parte
quam a qualitatibus suis Unde nota
quod quedam sunt que extinguunt li-
bidinem inspissando et ingrossan-
do et infrigidando sperma ut se ha-
bet lactuca psilium melonum cucumer citrul-
lorum portulaca scariola acetum agre-
stis sumac camphora et similia Que-
dam sunt que reprimunt libidinem
assumendo materiam spermaticam et ven-
tositatem et materiam aptam spermati ut
ruta maiorana agnus castus cimi-
num calamentum et similia coopatina
et ventositatem extenuativa Item
decoctio eius cum mentastro excitat
sperma et prohibet virge erectionem
consumendo ventositatem que est
causa erectionis virge 2a 3y Item
si ponitur parum de agno casto ad
lectum sub dorso ut multum sub le-
cto dicitur quod stringit libidinem
Item fomentatio genitalium valet ad idem
et ideo valet monachis Item suffumi-
gatio ex aqua decoctionis eius ex-
citat desiderium vehementer mulierum
Item emplastrum factum ex foliis et flori-
bus decoctionis eius prohibet go-
norream que est involuntaria emis-
sio spermatis Item ex foliis et semine
et butiro fit emplastrum quod valet in
apostematibus duricie ipsius corporis et te-
sticulorum Item valet ad provocandum
menstrua unde fit decoctio cum centaurea
vel aut bibatur semen eius cum pule-
gio aut fit suffumigatio aut na-
tale Item provocat urinam Item
decoctio foliorum et seminis eius confert
apostematibus matricis calidis Et fomenta-
tio eius ex aqua decoctionis agni
casti excitat superfluitates matricis
et constrictat seu astringit fortiter ipsam
ita quod corrupta apparet non corru-
pta Item emplastrum factum ex eo se-
dat dolorem ani et ragadiorum Item
quando rami eius cum semine ponuntur
sub lecto aut fit fumigatio eius fu-
gat animalia venenosa Item emplastrum
factum ex eo confert morsibus aliorum
venenosorum Item ʒ i in potu sum-
pta valet ad idem Item auffert las-
situdinem quando ponitur in unguen-
tis sedativis ipsius Et dicit Serapio
quod aliqui putant quod si viator fa-
ciat ex ligno eius baculum quem
secum deferat in itinere custodit
eum ab offensione ad lapides et
ad alia et ab excoriatione que

fit per fricationes membrorum

Agrimonia est herba que similatur pimpinelle et est pilosa
et folia eius tendunt ad aliqualem
albedinem. pimpinella vero est viridis
sine pilositate De genere istorum quod est ca-
lida et sicca in 2o. unde eius sapor acer
est calidus. De proprietatibus quod Mesue
in suis addicionibus scribit quod si po-
natur sub cussino capitis quod indu-
cit sompnum et hoc a proprietate Item
decoctio radicis eius in vino bibita
confert paliticis Item succus eius est
mundificativus et clarificativus oculo-
rum Item valet in tumoribus et
conquassacionibus membrorum et ita
ut unde contera radix et misceatur
cum axungia porci ad modum em-
plastri ponatur super locum Item valet
dolore ventris et splenis Item ra-
dix eius est diuretica et provocat [illegible]
et vermes Item 3 ʒ sumpta cum vi-
no valet contra venenum assumptum
Item ad morsum serpentis et canis
rabidi et hiis unde ponatur pulvis vel
succus eius ad vulnera Item si bi-
batur succus eius valet illi qui habet
malas pustullas in corpore

Agrestis est uva immatura vel
succus qui ex tali uva exprimitur
et consuetudine sic accipiuntur uve acer-
be non dum mature et exprimatur succus
et reponatur in vase lapideo vitrea-
to et non cooperiatur illud. Deinde po-
natur ad solem tam diu quod sub-
tile sive aquosum exalat et tunc
remanens compactum hic agresta
nominatur et ponitur in cibis seu fit
salsamentum ex tali Alter modus
est conterantur uve immature et ex-
trahatur succus et ille ponitur in
vase cum modico salis Deinde ponatur
in sole per 17 dies vel 20 et ser-
vetur per annum et istum modum
habent ytalici. 3us modus capiuntur
uve immature et ponuntur ad solem
tribus vel quatuor diebus postea ex-
primatur succus et ponatur in vase ad
solem. De genere nota quod est frigida et
sicca in primo. De operibus nota quod
agresta valet ad clarificandum visum
et ad prohibendum fluxum ad oculos
unde [illegible] ex ea collirium unde confert
nota quod tenuia aliquando preparatur cum
agresta et illa plus valet quam illa que
preparatur cum aqua rosacea [illegible] agre-
stam Item valet [illegible] famem
egreditur Item agresta mixta cum
melle valet ad confortandum gingivas
relaxatas Item valet in sputo sanguinis
proveniente ex ruptura vene Item
valet contra pulsum cordis et ebulli-
ciones sanguinis in ipso. quod multum
comeditur in pestilencia. sive ille
succus sit liquidus de novo expressus
sive exsiccatus Item valet ad debilitatem
stomachi provenientem a calidate et contra vo-
mitum et colericam que stringit et al-
terat Similiter valet contra solucionem co-
lericam Item corroborat appetitum
stomachi. removet enim humiditates malas
constringendo. et ideo valet mulieribus
pregnantibus que habent multas su-
perfluitates [illegible] sincopim [illegible]
Item valet in ulceribus intestinorum
et [illegible] in istis casibus doctores fa-
ciunt clisteria ex agresta Item mi-
sceatur cum aceto et fit emplastrum quod
valet in ulceribus fraudulentis et in fi-
stulis et similibus

Alcanna est quedam planta
cuius folia similia foliis oli-
ve. unde sunt laciora et molliora
et viridiora et habet florem album
tendentem ad glauceduinem et est boni o-
doris acuti et producit semen ni-
gri coloris In medicinis queruntur vi-
mine foliis et extremitatibus et re-
periuntur in partibus transmarinis ut in
cicilia et venit ad nos pulverisata
quia sic ad diversas regiones por-
tatur Et est ille pulvis subnigri co-
loris De genere nota quod [illegible] 2o
[illegible] quod sit [illegible] in [illegible] sicca in 2o
De proprietatibus nota quod valde molli-
ficat cutem et extenuat etiam per to-
tum corpus si prius abluatur cor-
pus cum aqua calida. Deinde ungatur se
cum ipsa distemperata cum albugi-
ne ovi et aceto per inungatur et sic
dimittatur per aliquot dies. unde primo
die partes iniuncte apparent multum
difformes postea autem minime Item valet
ad coloriandum capillos unde si de-
bent fieri rubei. misce cum aqua et
modico aceti et fiat linimentum coctum
et permittatur sic stare et sic fiet de-
[illegible], si vero debent fieri nigri. tunc
debent distemperari cum oleo et fit ut
prius Item valet in palisi quia stip-
tica est et non multum sicca Item
valet in ulceribus lingue que impe-
diunt loquelam. Et in ulceribus
aurium et nasi quia sua frigiditate

consumit illa materia et sua fri-
giditate prohibet fluxum ad locum
et in hoc convenit cum terra sigillata et san-
dali. Item valet in apostematibus calidis ut
in herisipila. Vnde miscetur cum aceto ro-
sato et inungitur loca quia prohibet cur-
sum humoris ad locum et alterat
ipsum. Item talis inunctio prohibet
dilatacionem et combustionem ignis si-
militer succus eius si ponitur super lo-
cum. Item eius pulvis valet in vlceracio-
ne virge quia exiccat sine mor-
dicacione. Item decoctio eius est
confortativa intestinorum.
Alchaspia est bedegar, require de b.
Algrapassim est herba similis
lilio. Et hoc nominatur ab aliqui-
bus herba lilialis. De gradu non constat
est calida et sicca in primo. De proprietatibus
nota quod ipsa multum valet ad remoue-
dum maculas et pannum faciei primo in
qualibet parte corporis unde fit
ex succo eius emplastrum et valet. Item valet
ad mundificandum vlcera sordida et ad   sordida
consolidandum illa quia desiccat et ab-
stergit cum equalitate. Item dicit
G. quod valet contra morsum canis ra-
bidi et hoc habuit per experienciam et mul-
ti homines sanati sunt per hanc
herbam qui erant lesi a canibus.
Alcali est sal artificiale per viam
decoctionis confectum. Require de k.
Albekegi est herba quam docto-
res appellant bekengi. Require capitulo c.
Alkitil est ros marinus. De k
require de k in capitulo.
Alkitra est oleum quod egreditur   aliqui pro eo ponunt terebinthinam
de sterbin. et est arbor de qua di-
cetur capitulo sinphicon in capitulo
de s. Sunt ipsius due species, que-
dam enim est arbor magna de ge-
neribus pini. et illa est altaka et
habet fructum similem fructui cipres-
si quia est maior multo. Alia
vero species est arbor parva spino-
sa habens similitudinem cum arbore
iuniperi et fructus eius equalis cum iuni.
Et bonitas alkitra cognoscitur
quia debet esse spissum clarum et
habere odorem fortem cum aliquali
horribilitate. Et si digitus in eo
ponitur non debet cito defluere propter
sui spissitudinem et quando gutta ca-
dit. debet remanere collecta et non di-
spergi. De gradu non constat est calida et
sicca in iiii. quod valet ad abster-
gendum visum. primo abstergit
albedinem oculi et cicatrices et maculas
que remanent post consolidationem vlcera-
cionem cornee. Item removet livo-
rem qui fit sub oculis. Item valet ad
occidendum vermes in aure. vnde mi-
stratur cum aceto et distillatur in
aurem. Similiter mixtum cum aqua
decoctionis ysopi valet contra tinnitum
et sibillacionem auris. Item si de eo
distillatur in dente corroso sedat do-   +
lorem eius et frangit. Item quando li-
nitur confert apostematibus faucium et squi-   faucium
nancie. Item valet in vlceribus putridis
cum detur cum decoctione appropriata.
Item clistere factum ex eo mittit lum-
bricos. Primo lendes et pediculos occi-
dendo et educendo mortuos / et propter appli-   adurendo
cationem in corporibus vivis et mor-
tuis carnem mollem et teneram   ut facit quod facit in eis corrosionem adustionem. Item
Item carnem mortuorum preservat a putre-
factione, propter quod nominant hoc
vitam mortuorum. Item nascale factum
ex eo corrumpit fetum. Item si cum eo
inungitur virga in coitu prohibet
impregnationem. Item cum puro salis
assumptum valet contra morsum ser-
pentis et aliorum animalium venenosorum.
Allium est planta et est duplex
aliud domesticum aliud sil-
vestre quod scordion appellatur
de quo dicetur capitulo de s. et illud
allium silvestre habet maiores quali-
tates quam domesticum. raro enim
domesticum ponitur in medicinis
propter vehementiam qualitatum. Vnde
Defarik post dissensionem quod fit venenum.
Et hoc isto capiatur semen allei
et seminetur et iterum allei. et hoc fiet
quinquies vel sexies vel pluries. tunc
allium ex eo productum est venenum
quod allium debet plantari et non se-
minari et hoc fit propter dictam causam
licet oculani hoc ignorant. De
natura allei domestici non constat est calida et
sicca in iiii ut in primo. De proprietatibus
nota quod confert allopicie provenienti
ex humoribus putrefactis maxime si
misceatur cum oleo de been et lini-
atur locus. Item curat vlcera hu-
mida et furfures capitis. Item inter-
ficit pediculos et lendes quando appli-
catur. eius comestio vim. dicunt do-
ctores quod comestio eius multa indu-
cit zodiam primo magna eius eme-
ndicit ... maniam lepram
et similes morbos graves. Item
comestio debilitat visum. quia

excitat. nam sicut ruffus dicit quod aduersit tu-
mitas oculorum et humiditates earum
excitat. quare habentibus debiles oculos
non competit et sic usque presentem in
magis quere. unde quod oculis humiditas
videtur conferre. Item quando sumitur in
potu causat attiones lacteorum et ner-
vorum ex frigiditate prouenientes. Item
si decoquatur cum ligno pini et oli-
bano et teneatur eius decoctio in ore
aufert dolorem dentium. Item ex-
pellit sanguisugas gutturis. Item coctum
et assatum clarificat vocem et con-
fert tussi antique et dolori pectoris
ex frigiditate. Item lentibus humores
grossos confert. et viscosos in stomacho
quando est calefactivum incisivum et resolu-
tivum. Item abscindit scotomiam que fit
ex flegmate salso. quod generatur in sto-
macho eius resolutione et excitatione.
Item confert istis qui comederint
fungos qui sunt venenosi ratione
excessive frigiditatis. Item confert
rusticis qui multum bibunt de aqua
frigida et exponuntur cibis frigidis et gros-
sis. et ideo dicitur quod allium est tyri-
aca rusticorum. Item valet navigan-
tibus qui bibunt aquam corruptam
quia rectificat ipsam. Item si con-
teratur ex eo pondus ʒ i et similiter ad
aquam melius eduxit vinees(?). Item
crudum comestum valet contra lumbricos
vel sit salsa ex ipso petrosilino et
ciro(?) mente et aceto et pauco pi-
peris cum quo cibi assati sumuntur.
Item est valde sedativum inflationum
que fiunt in ventre. unde dicit G
in libro de conservatione sanitatis
quod alleum plus resolvit ventositates
aliis medicinis ventositatum reso-
lutivis. Item valet in doloribus ven-
tris et intestinorum et in yliaca et
in colica et maxime ubi febris non
affuerit. unde aqua distillationis
eius misto gummi(?) emendatur. Similiter et
emplastrum positum super locum dolen-
tem factum ex oleo coctum cum
vino vel aceto valet ad idem. Item
tale emplastrum valet in stranguria posi-
tum super pectinem. Item provocat
urinam si ex capitibus eius et fo-
liis fit balneum in quo patiens se-
deat. et si placuerit possunt alia
appropriata apponi. Item folia cum
virga coquantur et fit ex illa de-
coctione enarisma quod provocat menstrua
et expellit secundinam. Item dens

vel allei impositus mirifice educit aquam
vel fit nasale. Item valet ad remove-
ndum morpheam et impetiginem unde
extrahatur succus eius et inungatur
locus si locus prius scarificetur. Item
conglutinat plagas et mundificat quando
ponitur super eas. Item incarnat
ulcera fraudulenta quando pulverisatur
super ea. Item mixtum cum lumbri-
cis terrestribus sanat ungues lep-
rosos. Item valet in punctura vermium ve-
nenosorum unde bibatur in vino vel em-
plastretur. unde dicit Ysaac quod alleum con-
venit tyriaca ad genus veneni et ad
dolores ex frigiditate prouenientes. Et
nota quod aliqui dicunt in pestilentia
valet alleum quia exsiccat humi-
ditates. et hoc verum in illis qui sunt
eo usitati sed non usitatis non valet
quia subtiliat et agitat materiam ma-
lam. unde dampnum in pestilentia fa-
cit materiam condensat et ipsam quie-
tant. Nota contra fetorem allei come-
sti sed comedi prius de radicibus
(?) vel comedatur de plene mox
vel cinnis vel gariofilis

Aloes est succus plante cuiusdam
cuius folia sunt similia foliis ro-
sumille(?) in quibus est humiditas vi-
scosa multa tenax adherens ma- — tenax
nui. unde folia sunt latiora quam
foliis squille et tendunt magis ad
rotunditatem et inclinatur quod ad po-
steriora. et sunt in eis spine breves
et rare. et habet stipitem similem
stipiti affodilli. et tota herba habet
odorem gravem et saporem. Et — amarum multum
dicitur ista planta secundum alios aloen
sed succus eius dicitur proprie aloes vel — succus / aloe
aloe. Et sunt ipsius aloes tres
species scilicet succotrinum epaticum et ca-
ballinum. Et modus quo fit alo- — Opinio prima
es est. nam accipiuntur ramusculi(?)
et folia huius herbe scilicet aloen et con-
tunduntur et exprimitur succus qui
ponitur ad ignem. postea cum bu-
lierit inspissatur. Deinde ponitur in sac-
culis ex coreagio factis. et exponitur — vel utribus
soli donec exsiccetur. Et illud quod
est superius. prius hoc ipse ponitur. — vel porrig
Et dicitur succotrinum. et medium
est minus purum. dicitur epaticum et feculen-
tum quod residet inferius dicitur cabal-
linum. Sed Platearius reprobat illud — Opinio secunda
qui dicit quod iste tres species alo-
es sunt ex herbis diversis non
tamen ipse differentibus sed in bonitate

et malicia sunt vites diverse inve-
niuntur · quarum quedam producunt
vinum melius · quedam vinum bonum
respectu priorum · et iterum quedam pro-
ducunt vinum minus bonum · quod
respectu precedentium malum potest dici Et
aloes melius est succotrinum · deinde epa-
ticum; ultimo minus bonum est cabal-
Opinio tercia linum Alii sunt qui dicunt quod di-
versitas aloes consurgit ex diver-
sitate regionum in quibus fit Et dicit
succotrinum esse citrini coloris declinantis
ad aliqualem rubedinem · et dicitur
quod illud fit in insula que succotri
dicitur Et epaticum debet esse subnigri
coloris ut est epar · et istud fit in per-
sia et armenia Sed caballinum est
nigri coloris et in parte fetidum et
illud fit in arabia et hec est aliis de-
terius Et hec est summa mesue de con-
fortatione medicinarum capitulo primo de aloes
Et nota bonitas aloes ex quinque
cognoscitur proprietatibus quia ex colo-
re odore sapore pondere et con-
sistentia Ex colore quidem quia sunt
citrini est bonum aloes debet esse co-
loris citrini declinantis ad rube-
dinem · et debet esse clarum et de quan-
to plus recedit a talibus dispositio-
nibus · de tanto indicatur eius bonitas
Item debet esse boni odoris ut mirra
Item debet esse dulce dum applicatur
lingue deinde debet declinare ad a-
maritudinem · unde de quanto est dul-
cius de tanto melius · et quia ca-
ballinum est amarissimum ideo pes-
simum Item debet esse in pondere le-
ve · quia levitas arguit purita-
tem materie de quanto est levius de
tanto melius Item in substantia debet
esse tenerum facile ad frangendum
sive puritatem et hec etiam arguit teneritatem Et
nota quod aliqui sophisticant ita quod
caballinum videatur sive appareat
succotrinum Et modus est Nam ca-
piunt lignum aloes et mirram et
crocum et ponunt ista in acetum
et tunc capitur aloes caballinum et in-
funditur ut recipiat colorem et
apparet odorem et sic fit succotrinum aliqui
vero lavant ipsum in aqua maris
vel in alia aqua salsa in qua
crocus est posita Nam per hoc etiam
accipit colorem et odorem Ali-
qui vero bullire faciunt acetum in
quo pulvis croci est positus et mo-
dicum de pulvere mirre vel alicuius

specierum odoriferarum · Deinde recipiunt
aloes caballinum divisum in partes
parvas colligatas filo et mittunt
ipsum in acetum bulliens et cito extra-
hunt et permittunt parum exsiccari et
sic faciunt decies vel amplius · et ac-
quirit tamen dispositionem aloes succotrini
vel epatici Sed istam sophisticationem cognoscitur
ex fractura pondere et odore quia si
quis digitis confricat tunc feti-
dum sentitur · quod non est de succo-
trino vel epatico Et nota hic plateare quod
quamvis quod a natura sua est aro-
maticum · quanto magis est aromaticum
tanto melius · et omne quod a natura est
fetidum et etiam amarum quanto fetidius
fit et magis amarum tanto peius ex- *melius*
cepto aloe · quod de natura sua est ama-
rum · quanto minus amarum tanto lau-
dabilius De genere nota secundum auctores
[illegible] collige et plateare est calidum in primo
[illegible] dicit quod sit calidum in 2o
siccum in 3o · et idem affirmat mesue in
[illegible] de consolatione medicinarum
species dicitur minor quia habet
folia minora. Tercia species habet
folia parva pilosa subalbida et
florem purpureum subalbidum et
dicitur kamedreos masculus et
isto utimur in medicinis. De complexione
nota quod est calida et sicca in 2o. Quidam
dicunt quod sit calida in 2o sicca in 3o. De pro-
prietatibus nota quod valet in ictericia.
Unde detur 9 diebus pacienti sine
dubio curabitur et removet dur-
iciem epatis et splenis. Item de-
opilat epar et splen et remo-
vet duriciem mamillarum. Item
bibitum 9 diebus aufert
duriciem podagre. Item educit
potenter ... sine detrimento per viam
potius sine sufficientia. Item valet
in stranguria. Item provocat uri-
nam. Item valet in opilatione
vene. Item educit materias vi-
scosas in iuncturis existentes. Item
solvit ventrem. Item valet contra
venenum anticum. Item suppo-
sitorium factum eius educit ...

·börnsteyn·

Ratabe est gumma cuiusdam arboris crescentis super fluvium. De complexione nota Serapio dicit quod sit calida et sicca in 2o gradu. Avicenna dicit quod sit calida in primo sicca in 2o. Unde caliditas excedit. Dicamus quod sit calida in 2o sicca in 3o cum Serapione. De proprietatibus nota quod valet in sputo sanguinis et fluxu sanguinis narium et ani. Item prohibet fluxum menstruorum ad stomachum. Item valet in tremore cordis quia confortat cor ex quadam proprietate. Aliqui dixerunt quod esset sandaraca et hoc non est verum.

Raron est lignum quod crescit in maiori India quod valet in fractura costarum et in concussione membrorum nervosorum et lacertorum.

Rara est semen notum. De complexione nota quod est calidum et siccum in 2o. Aliqui dixerunt quod esset calidum in 3o. De proprietatibus nota quod habet fere proprietates et operationes anisi quia confortat stomachum infrigidatum et repletum humiditate quia calefacit et exsiccat. Item valet in colica ex ventositate quia resolvit eam. Item confortat cor a quadam proprietate. Item provocat lac quia aperit vias mamillarum per quas sanguis debet transire pro generatione lactis. Item valet calculosis et provocat urinam. Item interficit vermes et facit eos exire corporis humani. G.

Rababies est gagates lapis Serapio. 47

Ratersen est planta que producit semen boni odoris et florens. De complexione nota quod est calidum et siccum in 2o. De proprietatibus nota quod semen eius potenter educit ascarides sine lumbricos, igitur secure detur quia non est fortis medicina. Item semen eius valet contra venenum quia sua proprietate confortat cor et stomachum infrigidatum. Item maturat apostemata dura.

Raken est gramen herbibilis saporis et portatur de partibus orientalibus. De complexione nota quod est calidum et siccum in 2o. De proprietatibus quod inveniri sicut eius nutrimentum est parum valde. Item mundificat ulcera et removet dolorem dentium. et nulla res est illi par in hoc. dicit Avicenna. Item acuit visum. Item provocat urinam si decoctum aqua mellis. Item valet contra melle asmaticis si bibendo assumatur.

Rekengi est species solatri habens ceramula pro rubei coloris, et aliqui dicunt quod dicitur testiculi sacerdotales et de solatro dicetur capitulo de S. et alio nomine dicitur alkekengi propter ponderositatem maiorem apponitur alkekengi. S. et dicit quod vocant illud stercus caballi alii vesicaria. De complexione nota quod est frigidum et siccum in 2o. De proprietatibus nota quod valet in ulcere renum et vesice si ungatur vinum decoctionis eorum sive comedatur et provocat urinam. Item valet in apostematibus calidis ut herisipila et in ulceribus intrinsecis. Item removet duritiem fistularum. Item remittit caliditatem propter naturam medicinarum. Item removet ictericiam. Et dicit Serapio Avicenne S. auctoris quod pungendo urinam educit illam maxime cum detur vinum decoctionis eius bibere ut sit balneum.

Relse aromaticum est cortex cuius sapor assimilatur sapori gariofilorum. Unde sapor eius non est tante acuitatis sed est dulcior. De complexione nota quod est calidum et siccum in 2o. De operationibus nota quod eius operationes sunt similes operationibus gariofilorum. Unde est res cordialis et confortat stomachum. Unde operationes eius sunt debiliores operationibus gariofilorum.

Rekemithim est species mesereon magis mortifera. De complexione nota quod est calidum et siccum. et quando exhibetur ori quod corrumpitur per infusionem aceti per ix dies omni die remanendo acetum.

Rentesi est quidam gumma armoniaco assimilatur. De complexione nota quod est calidum et siccum in 3o. De proprietatibus nota quod est res maxime provocativa menstruorum et urine et educit fetum mortuum, et non est res similis ei in hiis ut dicit Avicenna. Item solvit et maxime aquam ydropici cum detur in potu.

Rexer est arbor quedam cuius gumma est dragagantum de quo dictum est in D. De complexione nota quod est frigida et sicca in 2o. De proprietatibus nota quod stringit fluxum ventris et habet operationem similem operationi balaustie de quo dictum est in B.

Sabrusca est flos vi
tis silvestris secundum me
si et G. facientes
sermonem de eo in
ca. primo lib. 2m ali
os est flos vitis albe
ac est res nota ex
stens alba quam in
mamillis generat. Ingreditur qua
tuor partes ut aquosa butirosa ca
sealis et serosa. Et pars caseat
est duplex. Una est illa qua bu
tirum manet. Alia illa qua ni
chil de butiro manet et vocatur
recocta. De complexione nota quod est fri
et humidum. et pars butirosa ad e
qualitatem tendit. tamen declinat
ad caliditatem. Aquea et sero
sa est calida et sicca. tamen propter multa
eius humiditatem dicitur frigida. caseus est
fri et sic. Ovinus et muliebre
quia est magis temperatum. lac vero
vaccinum est in quo multum de bu
tiro existit. lac ovium est lac gros
sum in quo multum de caseo ex
stit. lac caprae tendit ad equali
tatem. quia in eo non est multum
de caseo et butiro. Sed equarum est
subtile in quo non est multum
de illis scilicet butiro vel caseo. Idem
est de lacte cameli. lac asinarum
est lac magis temperatum in quo
modicum est de illis partibus. Unde plus
est in lacte capraeque et lac minus
est in lacte vaccino. De proprietati
bus nota quod valet contra medicinas
venenosas. Unde qui assumunt can
tarides vel lepor marinum et sim
ilia dans magnam quantitatem
eius ut vomant ad stomachum plurimam
acuitatem eorum. Item valet in omni
fluxu ventris si per decoctionem
removeatur partes aquose et
hoc faciunt aliqui imponendo mul
tis vicibus ferrum ignitum sive
lapidem ignitum et hoc pluribus
vicibus ut fiat spissum per remo
tionem partium humidarum et sic 2°
vicibus. Item valet in ptisi quia habet
virtutem abstersivam respectu par
tium casealium et etiam consolidativam
et mundificativam. Sed sumi cum vino in
una mensa quia vinum coagu
lat lac. Item lac impinguat
et dat bonum sanguinem si debite
digeratur. Unde cito corrumpitur
igitur febricitantibus non debet dari

quia ratione sue subtilitatis subito co
vertetur in fumum. Item lac non est
ita exhibendum iuvenibus ut pueris
nec in existentibus vel in coleris que
convertetur in fumositates. Item no
cet nimis dentibus et gingivis et vi
sui assumptum ad mica. Exterius valet
in obtalimia. Item opilat mesente
ria et splenem et generat lapidem. preter
lac cameli. Item gargarisma eius
valet in catarro acuto ex flegmate cau
sato. Item clistere factum de eo valet
in ulceribus vesice quia mitigat
dolorem et abstergit. Item exhibi
tum cum zucaro vel melle valet contra
prohibent illa coagulatorem eius in stomacho

Sacca est gumma rubei coloris vel
puniceei crescens in arabia
et aliqui dixerunt quod esset karaa
be sed non est verum. De complexione no
ta quod est ca et sicca in 2o. De operationibus
nota quod assimilatur karabe in eius
proprietatibus. et ideo aliqui dixerunt
quod esset karabe. Item confortat cor
et aperit opilationes epatis et sple
nis. Item datum ad mellificatum
in via potus provocat urinam. Item si cum
vino insufflatur confortat visum
et abstergit maculas oculorum
Item fit gargarisma cum vino valet
contra dolorem dentium

Sarcacolla est lapis egipciarum
quo utuntur fullones in deal
batione pannorum et cito est fran
gibilis. De complexione nota quod est frigida
et sicca. De proprietatibus nota quod exsiccat
sine mordicatione ideo valet ad
consolidandum ulcera et vulnera
unde valet in fistulis. Item re
stringit fluxum ventris antiquum
et fluxum sanguinis quia conglutinat
simulet in parto sanguinis quia ex
iccat et constringit

Sarcumnid est planta quedam
habens lac quod est solutivum
et adustivum. Et secundum dicunt sunt
vii species lactariorum. Prima voca
tur alazar. 2a asimbea. 3a
alkike. 4a arlomca. 5a almo
kaca. 6ta dicitur almeseon. vija
assimilatur pentafilon quod dicit quod habet
v. folia. Et omnes iste species
assumpte in magna quantitate
sunt mortifere in herbis dicit
ultra istas sunt herbe habentes
lac ut lactuca et species porcu
lace vel et voluubilis sed hec istarum

nd est mortiferum. Et aliqui dicunt
quod inter species lactucarum est una
masculus et dicitur katakulla omnes
alie sunt femine. Quedam lactucarum
quibus utimur sunt dulcia ut me-
dium ut dicitur et est gula de qua
dictum est. De complexione nota quod hec co-
rum est ca. in 2o. sed folia et sti-
pites sunt ca. in 2o. Quedam hec est
maioris efficacie deinde semen pre-
ea radix deinde stipes et folia. De
operationibus nota hec cocta capitur
et ponitur in aqua facit pisces
supernatare in ea. Item contra immun-
ditia loci ubi sunt pili prohibet ge-
neracionem eorum quia exiccat poros.
Item si radix misceatur cum aceto re-
movet impetiginem et morpheam.
Item extra lectum removet duricies
vulnerum. Item ponitur gutta la-
ctis ad dentem corrosum removet
dolorem eius quia potenter exiccat
humiditates ibi existentes. Similiter
si radix eius bulliatur in aceto et la-
vetur os valet ad idem. Item exc-
citat emorroidas si supponitur exitui a-
ni. Item lactucinia educunt flu-
xum moderate applicata cum con-
fortativis stomachi ut cum vino gra-
noso et similibus. Similiter ra-
dices debent dari cum illis con-
fortantibus. Item suppositoria acu-
untur cum radice eius sicut lateri

Lactuca est planta nota et est
duplex domestica et silvestris
que habet folia magis alba et aspera
quam domestica et est magis ama-
ra in sapore quam domestica. De
complexione nota secundum Galienum silvestris est
intense frigiditatis et eius ... quod humi-
dum proprie nigros ... et sup-
ponunt quod est fel et humidum ...
et hec est removendum. De operationibus
nota quod lactuca inter omnia holera
generat sanguinem magis. Quedam talis
sanguinis modica existit. Item debet
haberi hec sive invenitur usitata
ea cum aceto que invitabit ap-
petitum. Sed hec senectutis utebatur
ea Senectus quia est facilioris
digestionis. Item frequens usus
eius obtenebrat visum. Item est
prohibitiva lactis propter aliquas par-
tes aquosas. Item prohibet ebri-
etatem. Item emplastrum ex ea factum
valet in apostematibus calidis ut in heri-
sipila. Item abscindit libidinem

coytus et prohibet pollucionem noctur-
nalem precipue semen eius vel
lac eius. Ad idem valet aqua distil-
lacionis eius. Item prohibet superfluas
vigilias. Item lac eius potenter abs-
tergit et ideo valet in ulceracione ocu-
li. Item succus eius frontem applica-
tus provocat sompnum. Item valet in mor-
sis scorpionis et tutelle. Item usus fre-
quens eius laxat ventrem. Item valet
in punccionibus hirudinum corporis.

Lactuca asini est planta que
a dyascoride langusa appellatur
et quatuor sunt species eius. De quin-
que autem facit mencionem specialem.
Una est albiviridis. 2a est corne-
lly. 3a est lactuca asini. 4a est zima-
la. Macer in de simplici medicina facit etiam
mencionem de ea et ponit similiter
quatuor species eius. Prima dicitur acero-
sia. 2a lorusty. 3a zalbugelaky. Quam
dicit nomine tercie dyascorides
autem nominat anrusaz lactucam asi-
ni et ipse concordat cum aliis in
speciebus eius. Et hec species folia habet
prima similia foliis lactuce quedam fo-
lia extenduntur super terram et sunt ra-
dici adherentia et color eorum tendit
ad nigredinem et sunt aspera et
radix eius est rubei coloris. De
complexione nota dicit autem quod sit ca. et
sic. in primo 2i gradus. De operationibus
nota quod est abstersiva aperitiva
et mollitiva ideo confert apostematibus
diversis ubicumque sit. Item potenter
educit aliquam et fetum mortuum et dicit
autem caveat medicus ne mulie-
ribus pregnantibus detur quia facit
aborsum. Item succus eius mundifi-
cat caput unde fit gargarisma. Item
delet cicatrices vulnerum. Item
removet duriciem epatis et splenis.
Item decoctio eius et succus et radix
valet in apostematibus matricis.

Lapis medius est lapis parve
quantitatis quasi nux albi coloris
et dicitur medius quia in partibus
medorum orientalibus reperitur. De
complexione nota quod isti lapides sunt fri-
gidi et sicci in primo 2i. De operationibus
nota quod nocet sic. Item habet proprie-
tatem in frangendo lapidem renum
sed non vesice secundum G. et autem.
Item restringit fluxum sanguinis narium
maxime emorroydarum.

Lapis lune alio nomine vocatur
splendor lune et est clarus

at boni coloris qui reperitur circa
augmentum lune et hoc in arabia
De complexione nota quod est frigidus et siccus in quo
licet doctores ipsum non graduant
De proprietatibus nota quod suspensus collo
non sterilitati facit sterilitatem et
multos filios portare Item proprietate
habet contra epylenciam unde suspendatur collo
vel detur in potu
Lapis lazuli est lapis celesti-
ni coloris et bonitas cognoscitur
quia debet esse firmus et non de facili
frangibilis et celestis coloris et
non nimie quantitatis De complexione nota
quod est frigidus et siccus De proprietatibus nota
quod provocat vomitum et debilitat
stomachum Et ideo indiget preparatione ut
patet in simitore quia per ablutionem par-
tes subtiles terrene quarum nocent
stomacho removentur Item educit me-
lancoliam et mundificat sanguinem ideo
valet multum et potest fieri ex eo Item valet
canarys Item non ablutus provocat s-
ternutationem cum fit nasale Item aperit et mundi-
ficat renes ideo valet in dolore eorum
Item pulvis eius mixtus cum aceto re-
movet defedationes cutis Item pul-
vis eius prohibet generationem pilorum pal-
pebrarum superfluum sunt evulsi
Lapis adamas est lapis repe-
tus in quodam fluvio in parte orien-
tali et dicit serapion nullum hominum
pervenisse nisi Alexandrum et de
eo est dictum in tertio de a.
Lapis smaragdi est lapis viri-
dis coloris qui generatur in mi-
nera auri cuius bonitas cognoscitur
ex colore lucido et de quanto est
viridior de tanto melior De complexione
nota quod est frigidus et siccus et frigiditas est
declinans ad 2m gradum De pro-
prietatibus nota quod confortat visum
si homo sepe intueatur Item si ve-
nenosa alia ipsum inspiciunt ex-
cecantur et pereunt Item con-
fortat cor igitur valet in pestilen-
cia et valet contra venenum Item con-
fortat medicinam Item dicit serapion auc-
tore dyascoride quod valet in lepra quia
confortat cor et caput quia am-
bo sunt debilitata Item confortat
nervos et stomachum ex proprietate 2m G.
Item inducit castitatem ideo valet
in libidinibus Prima habet a proprietate si mu-
lier cum viro coytu absconditur haben-
do penes se ipsum Et experientia est
Lapis lactei est lapis qui in
partibus ultra marinis reperitur cuius
color est cinericius et dicit si frica-
tur super re dura provenit materia lactea
De complexione nota quod est temperate complexionis
tamen declinat ad frigiditatem et
siccitatem De proprietatibus nota quod lac
eius impositum oculis removet vesti-
gia coitus et abstergit oculos et valet in
ulceribus oculorum Item valet in aposte-
ma si fricetur cum aqua rosacea et tin-
gatur pannus et super locum ponatur
Lapis magnetes est lapis notus
bonitas cognoscitur ex colore qui
debet esse ferrugineo coloris et non
debet esse nimis ponderosus De complexione
nota quod est frigidus et siccus verum siccitas est
maior igitur erit frigidus in primo 2o siccus in
fine 2i De proprietatibus nota quod appropria-
te attrahit ferrum et quanto melius
attrahit tanto melior est et si in-
ungitur cum succo cepe non attrahit
et quando ponitur eius o in sanguinem
hirci in quo iaceat per noctem equorum
attrahit Item valet in vulnere facto ex
ferro venenato detur in via potus
hic dicit serapion Item valet in fluxu ven-
tris causato ex scoria ferri que
manens in stomacho et intestinis est causa
fluxus Item evacuat humores grossos
Lapis rubeus est lapis cuius co-
lor est rubeus et assimilatur iacin-
cto unde non est iacinctus et habet rube-
dinem cum obscuritate que per artifi-
cem removetur De complexione nota quod est
frigidus et siccus De proprietatibus nota quod
quando de illo lapide facit sigillum
quod impressum in cera homo habens
penes se non habebit somnia ter-
ribilia Item confortat visum debi-
litatum ex continua inspectione solis
Item attrahit paleas si cum ca-
pillis capitis fricetur
Lapis iacinctus est lapis cuius mi-
nera in partibus orientalibus reperitur
Et habet tres species una est colo-
ris rubei inter omnes ille est melior
qui est rubei coloris et si super
ignem ponatur non frangitur sed
clarior efficitur De complexione nota
quod est frigidus et siccus De proprietatibus nota
quod qui est rubei coloris habet confor-
tare cor Item habet virtutem abster-
sivam et confortativam oculi unde
dicit serapion si quis portat iacin-
ctum tutus est a fulgure et a ser-
pente Item facit gratum portantem
deo et hominibus

Lapis cornele est lapis mixture
sanguinum et multorum colorum me-
lior est qui est coloris rubei De
genere nota quod est fri. et sic. De pro-
prietatibus nota quod si rubeus deferatur in
anulo secundum proprietatem non vincitur nec irritat
iracundiam in iudicio Item secundum proprieta-
tem constringendi fluxum sanguinis naturalem
et menstruorum Item mundificat dentes
unde cum pulvere eius abstergentur
dentes

Lapis aquile est lapis quantitatis
nucis cuius minera est in partibus
indie Et dicitur quod si frangitur in
eo invenitur lapis parvus ad quan-
titatem avellane et est fri. et sic De
proprietatibus nota quod accelerat partum
secundum sapientes et experientia patet ma-
gistri quod dicitur patre masculi ponit
eum sub femina et parit sine do-
lore unico vel in omnibus aliis
in partu et vel in epygrama cum sapientes quod
dicit se expertum esse de eo

Lapis eliza est lapis in partibus
syrie et eius color est varius
et habet in superficie quasdam partes albas
et quasdam nigras De genere nota
est fri. et sic. De proprietatibus nota
experientia est si quis deferat eum
in sompno non habet sompnia terribilia
et si homo comederet vel biberet de
vase eius non dormiret illa die
Item secundum proprietatem facit pueros parvos
dimittere timiditatem salivando pueros

Lapis bezoar est lapis cuius mi-
nera in partibus syrie et indie
reperitur Eius sunt plures species
secundum diversos colores quidam
viridis quidam tendens ad albe-
dinem Et dicitur bezoar in persico
quod idem est sicut liberans a
veneno Et quia iste lapis ma-
xime valet contra venenum a proprietate
ideo dicitur hoc nomine bezoar De
genere nota quod est fri. et sic. De pro-
prietatibus nota quod aufferet nocumen-
tum veneni unde dicunt docto-
res quod in nulla medicina simplici
vel composita reperitur tanta pro-
prietas contra venenum ut in isto la-
pide unde si in ore teneatur statim
venenum extra corpus per sudorem
mittitur Et posita super locum
venenosum statim aufferet nocumentum
et consolidat locum Et ille qui
est citrini coloris melior est Et
si sol ascendet signum scorpionis

et sigilletur tunc pulvis ille valet
in morsu scorpionis Item confor-
tat cor et servat hominem in bono
regimine et facit eum diu vivere et
dominari

Lapis serpentis est lapis alii
qui dicunt hunc lapidem esse
genitum in serpente et talis dicitur
alii dicunt quod ideo sic dicitur quia habet
varios et diversos colores per modum
serpentis De genere nota est fri. et
sic Unde ponitur aliquibus partibus
calidis De proprietatibus quod dixerunt
eum habere proprietatem in frangen-
do lapidem vesice et quod hoc rep-
rehendit sed habet proprietatem contra vene-
num unde suspenditur collo alicuius
illi serpens non infert nocumentum
et si prius a serpente est lesus
tunc iuvat et assumptus valet

Lapis ematites est lapis cuius
color est rubeus et est similis
sanguini claro et reperitur in magna
copia in partibus ultra marinis circa
arabiam De genere nota quod est fri. et
sic. in 2o De proprietatibus nota quod
restringit fluxum sanguinis undecumque
proveniat Unde in sputo sanguinis com-
mendatur unde pulverisetur et datur
cum aliis appropriatis bis aliter in
die Item fricetur super alio la-
pide cum aqua plantaginis et valet
Item restringit fluxum menstruorum unde
fit emplastrum et cum aliis applicetur
vulve Item valet contra fluxum san-
guinis narium unde naribus insuffletur
vel fit emplastrum cum aqua rosarum et
albugine ovi et ponatur super
frontem Item abstergit macu-
las oculi et removet albedinem
eorum unde fricetur cum lacte
mulieris et instilletur oculo et
valet in obtalmia similiter remo-
vet carnem palpebrarum Item
pulvis eius consolidat vulnera

Lapis vesice est lapis qui in
vesica generatur quidam sunt
duri et quidam asperi duriores
sunt asperi De genere nota quod est
fri. et sic. De proprietatibus nota quidam
dicunt quod habet proprietatem in
frangendo lapidem renum et ve-
sice sed G. et alii dicunt
quod isti sunt remoti a veritate sed
est nullius iuvamenti

Lapis molaris est notus et est
fri. et sic De proprietatibus nota quod

si calefiat et acetum superpotatur eius
fumus restringit fluxum sanguinis Item
si teratur nec aliter apparatus et appli
cetur apostemati tardo ut in plus
Lapis cum quo aurifices acuitur
et est in combustione ignis et in a
postematibus mamillarum Item consolidat
ulcera difficilis consolidationis unde
exsiccantur et pulvis ponitur ad ea Item
valet in piis obtalmie et apostemum
calidorum
Lapis marchasite est lapis cui era
minerarum eius recepta et habet colo
rem eius De forma nota quod est fer
rum ibi sunt aliqua partes calide
que removentur per eius combustionem
De proprietatibus nota quod preparatus per com
bustionem consolidat ulcera sani
dilentia quia pulvis eius removet par
tes putridas et fortius abstergit Item
confortat oculos et ideo alibi vo
catur lapis lucidus Item pulvis eius
mixtus cum terebintina removet
apostemata dura Item misceatur cum melle
et inungatur facies mulieris pre
tetur et demane lavetur cum
aqua sinsines multum decrescit fa
ciem eius
Lapis frigidus sive lapis alio
nomine dicitur differtus et est tri
plex quidam generatur in partibus sicie
sic in fundis puteorum sunt glo
buli tersi qui exhibent et exeunt
et postea et tunc dicitur lapis
frigidus unde paratur in igne a
liud est genitus ex superfluitate e
ius eis enim cum putrefiunt ponuntur
ad formentum et in fine formen
tale remanet quoddam simile la
pidi et fit ex marchasita qui com
buratur De forma nota quod parti
cipat aliquali calidite et maxime
dum est paratus est multe stipticitatis
Item igitur dici quod fit ex in fine p
rimi fiet in 3o unde per ablutionem au
feruntur partes calide De proprietatibus
nota quod pulvis eius consolidat vul
nera difficilis consolidationis et in
carnat et removet partes putridas
Item ut in squinancia unde misceatur
cum melle et inungere guttur et
abstergit primum et deficiationes
item mixta cum melle et aceto Item
pulvis eius prohibet fluxum menstruorum
cum maximum Item removet scrofu
las et apostemata dura Item sublimat
capillos et facit eos crescere unde
misceatur cum melle et inunge eos
Lapis armenus est lapis arme
nie et fallit semper similis sunt
in colore lapidi lazuli De forma eius
nota doctores non faciunt mentio
nem unde in eo sunt aliqua partes
calide et si lavetur removet lapi
dem frigidum De proprietatibus quod exhibet
per lapis lazuli et lapis non
ablutus valet sed si ablutus cum a
liis confortantibus stomachum non nocet et
Lapis zaphirus est la Retinet
pis huius colorem celestinum cla
rum et generatur in partibus orienta
libus De forma nota quod est fri et sic de
proprietatibus nota quod sua proprietate fu
gat anteraci Item constringit sudo
rem unde ponitur ad manus patientis
quia remittit calorem ad interiora
Item removet dolores lingue et
frontis Item a proprietate confortat o
culos et ut in primo obtalmie unde
pulvis eius removet rubedinem oculi Item
a proprietate reddit hominem castum Item
confortat cor humanum unde regetat
ipsum Item inducit hominem ad cand
dum ad pacem Item reddit homi
nem devotum et plurimum unde inducit
animum ad virtutes et ideo bonum est
Lapis prassius est lapis viridis co
loris tendens ad obscuritatem
et assimilatur prasio et habet maculas
aliquas aliquando albas aliquando rube
as et dicitur esse palladium smaragdi
De forma nota quod est fri et sic de
proprietatibus quod inducit victoriam unde
reges volentes bellare habent
hunc lapidem unde allexander por
tabat eum sub cingulo et semper
habuit victoriam belli Item fugat
animalia venenosa Item confortat cor
et stomachum Item ut circa epilentiam et re
generat corpus humanum et est propter
Item ut in pestilencia unde dicitur 3 ut
Lapis carbunculus est lapis
orientalis rubei coloris et ali
quando antrax dicitur et est unus de
duodecim lapidibus preciosis Item
de nocte lucet magis quam de die in
tanta claritate resultat quod mediam
noctem quasi diem mutat bonitas
cognoscitur per si ponitur in loco obs
curo vel vase nigro et aspergitur
aqua splendet Et est triplex ba
lasius rubeus et granatus et grama
tis est eminentior qui magis lucet sit le
vioris ponderis De forma nota quod est

caliditatem et siccitatem De proprietatibus nota
quod est rubeus et maxime bonus habens
virtutem omnium lapidum preciosorum Unde
consolidat discordes et inclinat ad vi
ctoriam et maxime valet contra vene
num Item inducit ad castitatem et
prohibet ab ebrietate

Lapis balasius est preciosus cla
ri coloris rubei et aliquando no
minatur palacius quia habet palacium
veri rubini quia in eo generatur De
complexione nota quia est calidus et siccus quia
est species rubini De proprietatibus nota
quod habet se ad rubedinem sicut femina
ad virum Unde habet omnem virtutem rubi
ni sed minus intense Unde confortat
cor et discordes concordat

Lapis berillus est lapis albi colo
ris transparens et in eo reperi
untur macule ad modum guttarum et de
quanto est pallidior et habet guttas ma
gis manifestas de tanto est melior
De proprietatibus nota quod valet contra
insidias hostium et sedat litem inter
virum et mulierem Item acuit
ingenium et facit hominem promptum
ad bonos mores Item amicum reddit
mitem Item confortat oculos Et
valet in passione epatis Unde a
bluatur in aqua quod detur ad bi
bendum et valet

Lapis calcedonius sive calce
donius est lapis coloris palli
di et tendit ad fuscedinem obscurita
tem De complexione nota quod est frigidus et
siccus De proprietatibus nota quod expertum
est quod conservat virtutem corporis
et facit causas vincere Item si collo
alligetur fugat visiones fantasti
cas ex materia melancolica causatas

Lapis amatistes est lapis pur
purei coloris cum aliquali ex
parte coloris secundum maiorem obscu
ritatem vel minorem Unde due sunt
species eius que sunt ex parte ma
ioris vel minoris obscuritatis Et
melior est qui in partibus Indie
nascitur quia est melior De
complexione nota quod est frigidus et siccus De pro
prietatibus nota quod prohibet adventum
ebrietatis sua proprietate Item facit
bonum intellectum in sciendo Item in
ducit vigilias et repellit malas
cogitationes

Lapis borax est lapis repertus in
capite buffonis Et est duplex
quidam est albi coloris tendentis
ad fuscedinem alter est nigri coloris De
complexione nota quod a quibusdam est frigidus et
siccus complexionis vero participat aliquali
caliditate De proprietatibus nota quod si in
potu datus fuerit purgat res ma
lignas et venenosas de visceri
bus Item a proprietate valet contra vene
num Sed de borace quo aurifabri
utuntur ad conglutinandum nihil est ad
propositum

Lapis granatus est lapis quem Co
nstantinus auctor dicit esse
de specie carbunculi et est clari colo
ris cum rubore obscurior et de
quanto est rubicundior et clarior de
tanto melior De complexione nota quod est
frigidus et siccus De proprietatibus quod confortat
cor a proprietate Item removet tri
stitiam et confortat cerebrum Item
valet contra epilepsiam

Lapis topazius est lapis citrini
coloris cuius color assimilatur au
ro De complexione nota quod est frigidus et siccus De
operationibus nota quod expertum est quod
si ponitur ad aquam bullientem
quod refrigeratur quod ille sine nocumen
to recipit lapidem de aqua Ex
quo patet quod habet proprietatem refrigeran
di cor et corporis humidum super cale
factum Item valet contra fluxum emoroydarum

Lapis turkemois dicitur turkese in
vulgari flavei coloris tendens
ad albedinem et est frigidus et siccus in complexio
ne De proprietatibus nota quod confor
tat visum tam consideratus quam oculo
applicatus Item conservat hominem
ne moveat nocua subito

Lapis gagates est kakabre Et
est Deo inter kakabre et kara
be quia karabe est gummi arbo
ris cuius multa quantitas reperitur in
Iordano Sed kakabre est lapis
qui in partibus karicis reperitur Et est
duplex quidam nigri coloris et qui
dam citrini De complexione nota quod pu
tatur enim esse calidus et siccus complexionis Om
nis inde pro humiditas viscosa Unde
ardet ut candela Sed dicitur enim esse
siccus complexionis quia multos effectus
caliditatis producit De proprietatibus
nota quod interior sua proprietate
attrahit paleas sicut ut magnes
fecerit Item firmat dentes mo
tos Item valet in ydropisi quia ex
siccat humiditates Et educit per vi
as suffumigium ad nasale Item
suffumigium eius fugat serpentes

Item valet contra subversionem stomachi et vo-
mitum coma restringit. Item valet
contra fantasiam melancolicam. Item Albe-
rtus Magnus dicit quod si detur in potu
vel per modum suffumigii animalle si est
virgo non mingit, sed si non est virgo
tunc mingit. Item si puer infer-
tur collo facit manus tremulas
et frigidus tremorem facit

Lapis yris assimilatur cristallo
et dicitur si apponitur radiis solaribus
quod ibi tunc apparent diversi colores
ut in yride et est ad quantitatem pol-
licis digiti. De complexione nota quod est
frigidus et siccus. De proprietatibus nota quod
pluribus deferentem a nocumento toni-
trui et tutus est a casibus deffectus
et ab hostibus et ab aliis nocumentis
provenientibus sine deliberatione

Lapis onix est lapis qui inter
gemmas invenitur et reperitur
diversorum colorum sed melior est qui
nigri coloris permixtus albis ve-
nis et generatur ex liquore ar-
boris que unica appellatur. Ubi
quando ille liquor descendit tunc
coagulatur et sic fit ex eo onix quae
reperitur diverse figure bone dispo-
sitionis illarum super quas cadit
et quando cadit ponitur super carbo-
nes dat bonum odorem. De complexione
nota quod est frigidus et siccus. De proprietatibus
nota quod facit tristiciam homini et
horribiles visiones in sompno
si aliquis defert ipsum in digitto
et movet melancoliam. Et lapis sa-
dinus aufert ista nocumenta

Lapis sadinus est lapis qui inter
lapides preciosos putatur obscuri
coloris frigidus et siccus in complexione. De pro-
prietatibus nota quod acuit ingenium
et inducit leticiam et prohibet nocu-
menta lapidis onix

Lapis crisolitus est lapis co-
loris viridis clari qui expositus
soli oculis videbitur radios ad
modum stelle et invenitur in partibus
ethiopie. De complexione nota quod est fri-
gidus et siccus. De proprietatibus nota quod tribu-
it sapientiam et aufert stulticiam
et si perforatus existat et impleatur
crinibus asini aufert melancolicas passi-
ones terret demones et agitat.
Item confert mebres specialiter. Item
ut in potu datus asmaticis et con-
fortat virtutes corporis

Lapis cristallus est notus et est

durus quidam generatur per viam co-
gelationis a frigore congelante. Al-
ter generatur in terra sicut alia mi-
neralia et est frigidus et siccus complexione. De pro-
prietatibus nota quod expositus radiis so-
laribus producit ignem sed quando erit
calefactus tunc non facit hoc quia
tunc est grossior et ideo non ita bene
suffert reflectere radios solis. Item
sitim mitigat ideo febricitantibus ponatur
sub lingua. Item atritus cum melle
et datus mulieri multiplicat lac

Lapis grisolitus est la-
pis participans quandam citrinitate
velut aurum. De complexione nota quod in or-
tu solis apparet pulchri coloris. Item
confortat cor et fugat fantasticas
visiones. Item portans eum tutus
est ab inimico in die et nocte

Lapacium est planta cuius sunt
tres species scilicet acutum rotundum
et latum seu domesticum. Acutum
habet folia oblonga similia foliis are-
tose. Et rotundum habet similia folia
sed non habent acuitatem. Item latum
seu domesticum habet folia lata. De
complexione nota quod omnes species lapacium
sunt calide et sicce. Item acutum est
magis calidum et siccum quam in 2o sed a-
lie species in 1o. De proprietatibus nota
quod acutum est maioris efficacie et ut
in serpigine et scabie. Unde radix eius
cum aceto decoquatur et inungatur
locus vel misceatur cum oleo laurino
sale et tartaro et liniatur locus. Item
acutum aperit opilationes epatis et splenis
unde fiat decoctio et detur ad po-
tandum, similiter provocat urinam
talis decoctio vel inungantur su-
co eius renes et provocat urinam. Item
mixtum cum axungia recipit apta
idea ut in carbunculo et scrofulis.
Item succus eius est optimus capitpurgium
cum succo rute acetabuliter
per nares. Item succus eius mixtus
cum succo absinthii interficit ver-
mes si venter eo inungatur. Item
valet contra duriciem splenis. Unde
cum storace liquida et oleo misce

Laudanum est res quedam collecta
ex pilis caprarum. Unde nota
quod in arabia est planta quedam
que cisthos dicitur prope civitatem
et capre dum vadunt ad pascua
ubi est magna quantitas illarum ca-
dit quedam res super pilos capra-
rum et barbas et adheret in hortes

contra tumorem corporis
et inflaturam
Lapacium acutum
vel scharff blat-
ter decoque
cum vino bibe
vespere et mane
donec cessat
inflatio

colligunt et illud dr laudanum et
bonitas eius cognoscitur ex odore qui
dz esse boni odoris et pinguis substancie
non arenosum. propter quod laudanum
adherens pellibus infirmabus non valz
et dz tendere ad aliqualem nigredi-
nem. De quo nota quod est ca. in p-
mo sic 3o. Sarap. dicit quod sit ca. et
sic. in primo De operationibus nota quod
valet ad sedandum dolorem et dolo-
rem dentium propter diffinitiis digestivis vir-
tutum aliquarum appositis sit coctio ut ma-
in sto digeratur. Item mollificat a-
posita duricies calidas. Item et dissol-
vendo materiam ingrossatam. Item fac
crescere pilos. Item pul. eius consoli-
dat ulcera difficilis consolidacionis.
Item vz in zaccaria. Item sedat dolo-
rem auris. Item confert tussi et
digerit materiam ut sit facilis digestionis.
Item suo aromate confortat cor
et cerebrum ideo in pestilencia sit fu-
mus ex eo et aliis appositis. Item
educit ... Item datum cum vino
constringit ventrem.

Laureola est planta habens mul-
tas virgultas et radicem ma-
gnam et aliqui dixerunt quod esset
mezereon sed falsum est et habet stipitem
et folia similia foliis lauri et flos
eius est albi coloris Et folia eius
sunt magis frangibilia propter visco-
sitatem quam folia lauri. De qua
nota quod est ca. et sic. in 3o. De ope-
rationibus nota quod potenter educit flegma. Vnde
folia eius ponantur ad acetum per
tres dies et dentur similiter edu-
cunt illa folia flegma per os et grana
idem faciunt. Item folia educunt ...
Item folia comesta provocant vomitum
non parata ... inducunt.

Laurus est arbor cuius folia assi-
milantur foliis mirti. Vnde sunt
maiora. Et est duplex masculus et femina
masculus non producit grana sed
femina producit grana que lauri
bacce dicuntur que sunt maioris
efficacie. De qua nota quod Auic.
dicit quod sit ca. et sic. in 2o. Sarap. dicit
in 3o. Diuisio latum de ligno et
foliis. Sarap. de granis. quilibet in
eorum bene dicit. De operationibus nota
quod grana multum valent in dolo-
ribus ... frigida quia con-
fortant resolvunt et exsiccant. Simi-
liter oleum laurinum valet. Item
grana valent in lassitudine me-
bri inducta ex humiditate. Item remo-
vent zodam provenientem ex materia frigida si-
militer et oleum. Item folia eius decoc-
ta vz in dolore capitis. Item oleum
eius valet in tinnitu aurium. Item grana
eius valent in passionibus pectoris ut
in asmate. Vnde fit cum melle ex gra-
nis lochi. Item vz in ulcere pul-
monis quia abstergit et mundificat.
Vnde cum melle ros et granis lauri
fit electuarium. Item grana data cum vino
vz in dolore opimo causata a frigi-
ditate. Item resolvit inflaciones cau-
satas ex ventositate. Vnde fit emplastrum
ydropicis. Item grana comesta
provocant urinam et frangunt lapi-
dem. Item educunt ... Item va-
lent in doloribus vesice et matricis a
frigiditate causatis. Vnde fit decoctio
in qua sedeat paciens usque ad um-
bilicum. Item applicata vz in punc-
tura apium. Item cortex eorum
etiam frangit lapidem et notum
tamen est quod subtiliant stomachum et
provocant vomitum.

Lamium alexandrinum est planta
que cum silvestri assimilatur
cum folia eius sunt maiora et la-
tiora et producit fructum rubei colo-
ris. Grana radix et planta sunt ru-
bei coloris. De qua nota quod Sarap. dicit
quod sit ca. et sic. in 2o. De operationibus
nota quod provocant urinam et ... Item
vz in difficultate partus. Vnde ca-
piantur folia et fit pul. et detur
mulieri. Item decoctio pul. valet
... difficultate urinandi.

Lens est granum notum et est duplex
domesticum et silvestre. Dome-
sticum habet granum satis magnum. Silue-
stre habet granum breve ... in
quo est notabilis amaritudo. De
quo nota quod est temperatum in calidita-
te et frigiditate est tamen sic. in 2o. Et
ypo. dicit tamen si a cortice decorticatur
est in caliditate et non frigi-
ditate et per decoctionem partes ca-
lide removentur et frigide rema-
nent. Silvestris est nobilis ca. primo
post ... in primo De operationibus nota
quod in via ... dat nutrimentum
grossum melancolicum et malum et ...
... vitupatur a ... pulmentum
... mixtum cum eis dat lauda-
bile nutrimentum et utentes eis in-
currunt lepram. hec est una dispo-
sicio ad eam et usus eorum coram

p lacte ... Augmentando / idem curat ...
... Lentes ... cocte in aqua ...

Item lenticula cum aceto et melle coque et in emplastro suppone contra tumores et livores et contusiones nervorum

ledit visum et somnia generat mala
et mirabilia. Item prohibet urinam
et menstrua. Item decocta primo in aceto
postea in aqua constringit ventrem. Unde
prima laxat propter partes eius que exi-
stunt in ea. Et cortex eius maxime
constringit magis cum lenis levis cocta. Item
decocta in aceto resolvit scrophulas
et dura apostemata et etiam apostemata mamil-
larum. Item non debet dari in via ci-
bi cum melle quia sic causat ma-
gnas oppilationes sed cum aceto. Item em-
plastrum fiunt ex eis scilicet in ulceribus
fraudulentis faciei. Item nocet ner-
vis unde si farina ordei cum eis misce-
atur tunc non nocent.

Lenticula est quedam herba fri. in
primo. sic. in 2o.

Lentiscus est frutex arboris que
alkeke nominatur et est duplex scilicet
aliquis maior de quo resudat ma-
stix, minor de quo resudat vinum
et est arbor habens quendam gummam
boni odoris et assimilatur laudano.
De complexione nota quod est ca. in 2o licet in pri-
mo. De operationibus nota quod est res abs-
tersiva sed resolutiva attractiva a pro-
fundo corporis. Item habet proprietatem
constringendi ventrem quia consumit.

Lepus est animal notum et exsiccat
tamen. De complexione nota quod est ca.
et sicca in relatione ad complexionem hu-
manam quia tempore pestilentie caro eius
commendatur eo quod tarde putrescit.
De proprietatibus nota quod coagulum le-
poris dissolutum in vino scilicet in cyp.
similiter causat impregnationem. Unde detur
mulieri post fluxum cum ad idem scilicet
matrix leporis. Item coagulum
leporis scilicet in fluxu ventris. Item
valet contra venenum et morsus vene-
nosos. Item cerebrum leporis scilicet
pueris in dolore eruptionis dentium
unde gingive pueri inungantur. Item
cerebrum valet contra epyal. et vene-
num et sic est medicina bezaardi-
ca. Item sanguis eius abstergit
maculas faciei et cutem pruriens
abluendo cum aqua furfuris. Item
pulvis capitis eius combusti cum aqua
rosacea mixtus scilicet in ortu pilorum vel
misceatur cum pinguedine ursi aut
serpentis valet in allopicia. Item
sanguis eius valet contra venenum
sagitte. Item caro eius restrictiva.

Lepus marinus est cum melle
piscis quidem extractus ten-

deins ad colorem rubeum et est res
venenosa. Unde Avicenna 6a ... dicit
quod lepus marinus interficit ulcerando
pulmonem. Unde producit multa a
cutate. De proprietatibus nota quod multum
confert in allopicia. Unde ex pulvere
et oleo fit linimentum. Item sanguis eius
abstergit cutem et removet albaras et
maculas faciei.

Levisticum est herba foliis similia
apii foliis petrosilini. unde sunt
maiora et grossiora. producit semen
aliqualiter compressum satis latum et
longum. Levior virtus est in semine
unde cum scribitur R. levistici se-
men debet capi. unde in radice est
etiam virtus. De complexione nota quod est
ca. et sic. in 2o. De proprietatibus quod semen
eius provocat urinam. Item aperit
opilationes epatis et splenis. Item
cum aliis appropriatis valet in colica
et yliaca. Item semen eius scilicet contra
ventositates stomachi. Item attenuat
materiam apostematum unde fit emplastrum
cum aliis appropriatis super apostema. Item
pulvis eius cum cynamomo mixtus con-
fortat stomachum. provocat urinam et
incitat ad coitum.

Lenbat est ... arbor
ignota et rara habens folia ...
in odore super quam apes mel pro-
ducentes ... sunt et fugiunt
et habet similitudinem cum ... De complexione
nota quod est ca. et sic. in 2o. De proprieta-
tibus nota quod est de genere lacticinio-
rum unde si gutta illius lactis ponitur
ad aquam et piscis ... tra-
hit illum piscem extra aquam.
Item lac lenbat provocat potenter
vomitum et solvit fleumam.

Licium est succus cuiusdam plante
et bene crescit in India et etiam
arabia in locis qui ... dicuntur.
De complexione nota quod est temperate complexionis in
ca. et frigiditate. est tamen sic. in 2o. Ali-
qui dicunt quod est ca. in primo sic. in
2o. quia in licio est aliqua re-
solutio que fit a caliditate. ... 2o
primo est vera. De operationibus nota
quod scilicet in fluxu sanguinis narium unde
pulvis naribus sufflatur. similiter in
fluxu sanguinis provenientis a pectore unde
detur pulvis eius in potu. Item cum
... consolidat ... et ... fit
emplastrum super pectinem mulieris ...
restringit fluxum ... idem valet
in fluxu ventris. Item valet in

vulneribus fraudulentis. Unde po[tus]
pul[vis] eius quia abstergit et exsiccat.
Item pul[vis] eius aspersus super ul-
cera lingue. Item valet in pu[er]o[rum]
ablactatione quia prohibet fluxum ven-
tre ad oculum. Item pulvis eius
removet pannum oculorum et scabiem
palpebrarum. Item pul[vis] eius prohibet
fluxum ani. Item valet in apostem[atibus]
fluxu quia prohibet fluxum eo quod ab-
stergit et exsiccat. Item valet con[tra]
morsum canis rabidi. Item valet
fissure ani calida et mi[nu]ta cum
dente. Item pul[vis] eius scilicet in nimio
fluxu emorroidarum. Unde affirmatur. Item
Nota quod illa planta ex qua fit
lana portat fructum qui est solu-
tivus maxime fleu[matis]
Lignum aloes quod bonum est diu
durat antequam consumatur cum ponitur
ad ignem et de ipso dictum est ca[pitulo]
simplicium de A. *yezyczky vel platago*

Lingua arietis est planta que a-
lio nomine lingua agni dicitur
et in greco arnoglossa nuncupatur
et dicitur herba quinque nervorum quia
in foliis eius sunt concavitates quasi
admodum castelli. Et est duplex maior
et minor. Maior dicitur lanceolata
et est efficacior in suis operibus
quam minor. De qualitate nota quod est fri-
gida et sicca in 2°. et semen et radix pu-
tantur esse eiusdem virtutis cum foliis
unde folia ponuntur frigidiora quam
radices. De proprietatibus nota quod fo-
lia eius data cum 3 vini valet
contra febrem tertianam et quartanam. Item
emplastrum factum ex foliis et sale valet
in morsu canis rabidi. Item re-
stringit fluxum sanguinis undique ve-
niat. Unde succus plantaginis dicitur
in sputo sanguinis. Item pul[vis] eius con-
solidat vulnera et valet in ul-
ceribus fraudulentis. Item in co-
mbustione ignis fit emplastrum ex fo-
liis et sale. Item succus eius remo-
vet ulcera oris et lingue. Simi-
liter in ulceribus pectoris et pul-
monis valet. Item prohibet flu-
xum re[umatis] ad locum. Item ablutio
radicis eius scilicet in dolore dentis
vino sola masticata scilicet in illo
casu. Item succus pictus in aure
removet dolorem eius. Item ra-
dix potatur cum vino scilicet contra fe-
brem tertianam et quartanam. Item succus
eius scilicet in gingivis putridis. It[em]

succus eius instillatus oculo cum aqua
plantaginis removet lippitudinem.

Lingua avis est semen cuiusdam ar-
boris que fraxinus appellatur ut
dicit Avic. et Serap. De qualitate nota secundum
Avic. est ca. in 2° hu. in primo. Serap. dicit
quod sit ca. et hu. in primo et dicitur avis
quia habet folia similia lingue avis. Et
alio nomine dicitur lingua passerina
ut dicit Serap. De proprietatibus nota
quod habet proprietates in augmentando sper-
ma et fortificat coitum. Item con-
fortat cor. Item pul[vis] eius conso-
lidat. Item provocat urinam.

Lingua bovis est herba que ali-
o nomine buglossa dicitur habens fo-
lia extensa super superficiem terre simi-
lia lingue bovis et sunt pilosa
et flos eius est celestini coloris. ex
quo fit zuccarum buglossatum. De qualitate
nota quod est temperate caliditatis secundum docto-
res. Aliqui dicunt quod sit ca. in primo
[illegible] et est hu. in primo gradu. Serap.
De operibus nota quod ex proprietate con-
fortat cor et ideo valet in tremore
cordis in cardiaca passione et in
pestilentia. Item inducit letitiam.
Item vinum decoctionis eius valet
melius. Item scilicet in asperitate gutturis
quia sua proprietate humectat cannam
pulmonis. Item secundum aliquos eva-
cuat etiam coleram unde secundum aliquos
lenit quia confortando cor vi-
gorat expulsivam et alia membra
et valet contra pustulas oris et
lingue in pueris.

Lingua canina est scolopendria. R[equire] s.
Lingua hircina est planta cuius
folia assimilantur foliis buglosse. Unde
folia sunt strictiora et minora et
in istis foliis sunt macule que-
dam albe circa radicem et est
similis germinis buglosse et in operi-
bus. Unde [illegible] herbe non
sunt ita efficaces ut buglossa.

Lilium est planta nota et est du-
plex domesticum et silvestre.
Domesticum lilium est ortulanum habens
florem albi coloris. Silvestre est
multiplex sed nolo loqui de plu-
ribus quod croceos dicitur et habet flo-
rem diversorum et variorum colorum
quasi ad similitudinem iridis ut dicitur.
De qualitate nota quod est ca. et hu. in 2°
secundum Avic. et Serap. sed silvestre est
calidius et siccius domestico. De pro-
prietatibus nota quod radix tam domestici

quum yreos maturat multum apertiva dur
ra. Et valet potissime in passionibus pe
ctoris. Unde fit emplastrum cum aliis appre
atis similiter valet oleum eius. Item oleum
liliorum alborum mixtum cum aceto valet in
tremore cordis unde ungatur regio cor
dis. Item valet in combustione ignis vel
aque calide. Item oleum liliorum est mi
tigativum et valet in doloribus dorsi et ven
tris. Item oleum liliorum valet in passio
nibus matricis. Est enim yreos magis con
tinuum. Item radix yreos educit fetum
quia aperit. ideo pregnatibus non de
bet dari. Item oleum liliorum removet
dolorem aurium et tinnitum aurium. Unde
ponatur pauca guttis eius in aurem et ra
dix lilii idem facit. Unde cum althea
se femug. camomille et pingue
dine fit emplastrum quod aurium apph
cetur. Item oleum eius valet in do
loribus nervorum causatis ex frigide. Un
guentum est satis commune. Item humectat
ratione cuius calidus dissolvet mat
eriam congelatam. Item yreos est in
carnativum in vulneribus recentibus.
Unde pulvis aspergitur. Prima commendat
in vulneribus capitis et in... locale
et idem facit pulvis lilii. Item succi
yreos bulliant cum aceto et melle
et exiccetur et fit pulvis qui est mul
tum aperitivus et consolidativus. Item
succus yreos valet in ydropisi quia
educit aquositatem citrinam et ma
teriam flecmaticam secundum noret[?] sto. ergo debet
dari cum confortantibus stomachum. Item
lilium et yreos aperiunt oppilationes epa
tis et splenis. Item aqua lilii
est abstersiva. Item capiantur tu
morositates lilii celestis et fiat pulvis
qui quinques infundatur cum aqua
rosacea et tunc pulverizetur et inde la
vat de nocte faciem removet ni
gredinem et rugositatem faciei si
militer fit lotio de mane. Item
succus yreos est bonus capitipurgium
Item yreos valet contra puncturas
venenosas. Unde applicetur loco
leso et valet contra venenum fungi.

Lunaria est auxilium astrearum et
eius sunt tres species quedam
degunt in salsis aquis quedam
in dulcibus et quedam in terra. De
complexione non est curandum. Lunaria pro toto ag
gregato ex testa et aliis est fri. et
sic. complexionis. Unde licet aliquas partes
calidas viscosas. Si non est pali
circumspecta testa est hu. complexionis. De

proprietatibus nota quod impinguat et hu
mectant valde. ideo valet phtisis. Debet de
coqui et elixari in brodio pulli et
testa debet auferri. Item valet ydropisis.
Item excitat appetitum difficilis resolu
tionis. Unde cum testa comburatur et cum
albugine ovi fit emplastrum. id valet in re
tinendis. Item caro eius excitat materiam
aquosam. Item pulvis eius valet in vul
nere canis rabidi. ad idem valet em
plastrum factum ex eo. Item si capit humiditas
viscosa que est in ea et infricatur in nuca
vel tempore potenter consolidat. Unde te
sta preserventur que exeat illa humiditas
et illa humiditas etiam conglutinat
pilos palpebrarum. Item stercus eius
adustum valet in ulcere oculi primo et
in aliis ulceribus. Item pulvis teste
eius abstergit maculam oculi et al
bificat dentes et faciem. Unde di
stilletur per alembicum. Item pulvis te
ste valet in albis et panis.

Ligniricia est planta quedam cuius
folia sunt oblonga habentia ali
qualem tenacitatem sine viscositatem
in cortice superficie que licet radice
utitur. De complexione nota quod est ca. et hu.
et parum recedit a temperamento in calite
minus quam in humiditate igitur temperata
appellatur. De proprietatibus nota quod
decoctio eius valet in ulceribus renum
colli et vesice. Item valet in pas
sionibus pulmonis quia sua cali
ditate et humiditate lenit materias
in pectore existentes. Item clarificat
vocem. Item ducit ventositates medi
ocriter ad pectus. Item valet in febri
bus antiquis quia rehumectat cor
pora que sunt exiccata per febrem.

Litargirum est res qua utimur
in medicina et secundum doctores est
quadruplex. Una species est superfluitas
quedam creata cum auro depura
tur et vocatur litargirum auri. Alia
species est creata in depuratione plum
bi. secundum doctores utimur litargirio
stanneo. De complexione nota quod est fri. in primo gra
du sic. in 2o. De proprietatibus quod consolidat
vulnera unde abluatur cum et
vel quinques cum aqua et exiccetur
et cum oleo rosaceo misceatur et applicetur
vulneri. Item valet contra scabiem
nam cum oleo mixtum vel lauri vel
axungia et sale fit unguentum. Item
mixtum cum axungia galline ab
stergit faciem mulieris. Item li
targirum auri maxime abstergit

maculam oculi sed debet prius la-
vari. Item valet contra dissenteriam
causatam vicio intestinorum. Unde cor-
ticem ablutum sepius et deinde per
clisterem imponatur.

Lucabreix est planta que yreos
appellatur et solum semine uti-
mur. De qualitate nota quod est calida in pri-
mo sicca in 2o. De proprietatibus nota quod
semen eius valet contra fluxum san-
guinis. Unde fit emplastrum et stringit flu-
xum ventris et sanguinis et c. et emorroydarum.
Item tale semen est consolidativum. Ideo
valet in ulceribus intestinorum per cli-
sterem assumptum et cum aqua plan-
taginis miscetur et aliquando dimittitur.

Locuste sunt animalia / laudrax
volatilia. Unde sunt duplices quia
quedam habent alas manifestas in qui-
bus est volatus. quedam non habent
alas manifestas et eis inest saltus
et volatus. Semel erat maxima pe-
stilencia propter locustas in ytalia
eo quod submergebantur circa mare
et putrefiebant sic quod fuit magnus
fetor qui inficiebat et ex tali fe-
tore vomebant. De qualitate quod sunt hu-
mide qualitatis ventri corpulentie et
carne alarum et pedum sunt sicce
qualitatis. De proprietatibus nota quod decoc-
te et comeste valent contra venenum
scorpionis. Item quedam frissglussa
sine capitibus valent in ydropisi h
cuius. Item suffumigatio facta
ex eis valet in difficultate urine
et emoroydarum similiter. pus eius

Lolium est granum nigri coloris. et
quod frangitur est albi colo-
ris. et herba producens folium cre-
scit in frumento cuius flos est colo-
ris purpurei. De qualitate nota quod
est calidum in primo siccum in 2o. De proprieta-
tibus nota quod a proprietate replet ce-
rebrum capitis et dormire facit. Unde fru-
mentum debet bene mundari a lolio.
Unde ex assumptione eius moriuntur
homines subito. Item appositum
ab extra valet ydropisi. Item desic-
cat epar et splenem si decoctum
cum coquinaribus eius maturat. Item
habet proprietatem contra ascarides et
lumbricos. Unde fit apozima vel
quod fugat omnia alia venenosa unde
si suffumigatio ex eo in domo.

Longum piper est primus fructus
arboris producentis piper. bonitas
eius cognoscitur ex unione fructuum

et fortitudine eius. Unde si ponatur
ad aquam perdiem et manet partes
simul tunc est bonum. De qualitate nota
quod est calidum in 3o siccum in 2o. Unde maior
est humiditas in eo quam in pipere. De
proprietatibus nota quod calefacit et con-
fortat stomachum infrigidatum ex frigidi-
tate et humiditate. Item consumit
materiam venientem ad intestina unde
dissolvitur per unctionem. Item
auget sperma et provocat coitum.

Lucabar est barbarea est planta
que assimilatur hermodactilis et re-
peritur in partibus affrice in multa co-
pia. De qualitate nota quod est calida et sicca in
2o. De proprietatibus nota quod potenter ex-
citat coitum. Nam cum vino sum-

Lubrice est arbor que a / tur
alio nomine storie appellatur. folia
eius assimilantur foliis arboris citoni-
orum et liquorem producit sicut albi
coloris. in cuius medio est granum
quoddam pingue ex quo fit oleum
seu extrahitur unctuositas et cor-
tex illius arboris dicitur storax
secca et producit storacem liquidam
habet. Illud quod exit unde quum
egreditur illa unctuositas sine in-
cisione arboris melior est. Et
melior est citrini coloris cum qua-
dam claritate. Et aliquando sufficit
cum melle et oleo zizamo. illa que
est nigri coloris mala est et a
levium fetum ex quo storie doctores
multum recomendant. De qualitate no-
ta quod est calida in primo sicca in 2o. De pro-
prietatibus nota quod storax secca que
est cortex lumbricos necat et flu-
xum ventris. Item storax liqui-
da provocat urinam sive ab intra
sive ab extra applicetur. Item
provocat quando per modum nasalis deten-
tum aliquando appreciat. Item liqui-
da removet apostema durum. Item cla-
rificat vocem. Item plures stuf-
mind quoniam confortat nervos et di-
gerit et curat mala frigida. Item
linitum cataractum est bonum suffumi-
gium. Item valet contra scabiem. Item
storax liquida cum oleo amigdalarum
solvit flegma.

Ruff est planta que nomina-
tur pluribus nominibus. Uno nomine
dragunthea alio modo serpentaria
alio nomine dicitur aaron. et illa est
minor. sed maior dicitur serpentaria
sive dragunthea. et habet folia

que sunt colorum serpentis sed luff minor
non habet maculas aliquas in foliis
et si sunt tunc sunt valde parve In istis
plantis tria consideramus folia ra-
dicem et semen quod crescit in summi-
tate stipitis ubi sunt globuli minuti
De complexione nota quod minor ut est dicitur
est ca. et sic. in fine primi gradus sed maior
est ca. et sic. in fine 2i De proprietatibus nota
quod luff maxime maior removet ma-
culas faciei et panni et morpheam
et alias cutis defedationes Unde
ex radice distillatur aqua cum qua
lavetur facies Item removet op-
pilationes epatis et splenis et remove as-
pera subtiliter aperit illas vias Item
radix eius data cum melle valet in passi-
onibus pectoris ut in tussi et asmate
Item aqua radicis abstergit maculas
in oculo Item aufert cataractas Item
aqua eius valet in polipo Item valet in
fistula et ulceribus fraudulentis succus
eius mirabiliter quia excitat abster-
git et mundificat Item si detur
mulieri pregnanti 3o quia abortit
primo odor floris est causa abortus
Item flos eius accelerat tardum par-
tum si mulier odoret Item succus
eius valet contra morsum venenosum Item si
caseus involuatur foliis eius non putre-
sit nec vermes crescunt in eo It
vinum in quo radix sint cocta exci-
tam coytum Item si radix mors
ponitur super linguam tunc appa-
rent in ore mille anni pungentes
etiam si sit masticatum primo apparet
dulcis sapor postea pungit

Lupina est faba egipciaca alii
dicunt quod nominatur lupina
Vide est granum quoddam albi coloris
exiens et in medio est compressum Et
secundum Diascoridem lupina in egipto est ma-
ioris quantitatis quam sunt in partibus
nostris et est duplex domesticum et
silvestre Domesticum est maioris
quantitatis et maioris dulcedinis
sed silvestre est gravanum parve quan-
titatis et multe amaritudinis De
complexione nota secundum auctores est ca. in primo
sic. in 2o sed Serapio dicit quod est sic. in
primo De proprietatibus nota quod aqua
decoctionis eius abstergit faciem
mulieris etiam recipitur farina
eius et cum lacte caprino fit linitum
et deniate limat facies mulieris
Item valet in albaras et morphea et
removet maculas in cute existentes si

mulier et maculas ex sanguine cau-
satam Item occidit vermes vel fit
decoctio Item si cum aceto applicatis appli-
cetur potenter educit vermes et al-
Idem facit per se sumptum vel fit na-
sale et valet Item si detur cum ruta
removet oppilationem epatis et splenis
Item decoctio eius subtiliat capil-
los et removet scabiem Item prohi-
bet ulcerationem et putrefactionem
in cancrosis pal. eius et resolvit apo-
stemata dura Item emplastrum factum ex melle
et farina eius removet bothor et
scrophulas Item removet pustulas
humidas capitis Item consolidat quia
excitat sine mordicatione Item ra-
dix eius laudatur in provocando urinam
unde detur decoctio radicis eius
Item valet in via cibi quia dat mul-
tum de nutrimento et satis convenienti
Item positus in aqua ut removeatur
amaritudo nauseativa irritat ap-
petitum et stare debet in aqua per octo
vel decem dies

Lupulus est species volubilis habens
folia aspera cuius flos est ut
ampulle adherentes De eius complexione
et proprietate vide in mesue ca.o de con-
fortatione membrorum etc.

Lutum est res nota De complexione nota
quod est frigida et sicca Unde lutum solare
siccat quod radii solares fortes cum
residentia stringunt aliqua caliditate
De proprietatibus nota quod habet proprietatem
in resolvendo podagram et ignem sacrum
vel ventri applicetur Item valet splene-
neticis quia resolvit et excitat
Item lutum solare removet scro-
phulas et dura aposteata si cum
aceto misceatur

Lutum armenum est terra quedam
rubei coloris tendentis ad aliqua-
lem citrinitatem et in armenia reperi-
tur Bonum est si adheret lingue quando
ei applicatur De complexione nota quod est
fri. in primo sic. in 2o De proprietatibus
nota quod valet in pestilentia et in
febribus pestilentialibus Primo a
sua proprietate que est cor confortare
et ab eo venenum removere Secundo ra-
tione sue complexionis 3o quia membra
confortat et excitat illas humiditates
que parate sunt putrefactioni et debet
dari cum vino bono Item valet
in ulceribus lingue et oris ut
pulverisetur et applicetur Etiam
valet in aliis ulceribus quia excitat

incarnat et consolidat Item restrin
git sanguinem tam a pectore quam a s[.]
vel fluxum sanguinis Item prodest apostematibus pe
stilencialibus unde applicetur in prin
cipio apostematis Item prohibet fluxum menstruorum
ad locum Item valet in fluxu dissenteri
co Item prohibet fluxum descendere ad
pedes unde fiunt in eis Item valet in
ptisi quia exsiccat materiam ulceratam pul
monis

Lutum chimoles est lutum [.] montis
Lutum creticum secundum Platearium habet duas species
est enim chamoleo albi coloris et ci
trina De genere nota quod est frigidum et sic
cum in quibus gradibus De proprietatibus nota
quod valet in adustione ignis unde
mixtum cum aceto et applicetur loco Item
prohibet fluxum menstruorum ad locum unde
eliminatur locus Item carnem lassam
humiditate nimia confortat quod
in ydropisi aquosa valet lutum venti

Lutum sigillatum portatur et habetur
de partibus Indie et reperitur in
loco ubi est magna gravitas et ibi
non crescunt herbe neque lapides in
veniuntur Et alio nomine dicitur lutum
divinum quia quedam mulier invenit
illud dum fuit divina De genere
nota quod est frigidum et siccum in secundo gradu quidam a
liqui dixerunt quod sit magis frigidum et
siccum in tertio De proprietatibus nota quod pro
hibet fluxum menstruorum ad locum et ex eo
sit repercussivum unde valet in dolo
ribus intimacis quibus adest cali
ditas Item valet in vulneribus
quia consolidat et valet etiam in ul
ceribus et gingivis Item restrin
git fluxum sanguinis gingivarum et
fluxum ventris et sanguinis narium
et cetera Unde valet in dissenteria cum
aqua plantaginis a proprietate confor
tat cor Unde in proprietate in febri
bus pestilentibus Item valet in mor
su scorpionis Ymo valet a proprietate
contra venenum etiam in morsu aliud
Item valet in principio apostematum quia rep
rimit Item valet contra adustionem
ignis si cum aceto misceatur et
loco applicetur Item valet in ptisi
quia exsiccat ulcera pulmonis et
prohibet fluxum et in sputibus san
guinem Item gargarisa fortem
ex eo propter assumptionem venenum valet
quia provocat vomitum

Lutum magra est lutum bre
mi corporis ad rubedinem
declinantis Et reperitur in partibus
ultramarinis unde clitus constitit

in dispositione sulfuris quia dicitur esse per
mixtum cum pilis lapidis De genere
nota quod est frigidum et siccum in secundo De proprietati
bus nota quod in operibus sculptis extra
huius prevalet lutum sigillatum Item
potenter consolidat vulnera et valet contra
fluxum ventris

Lutum mastici uno modo est lu
tum ubi aliquae partes mastici fuis
sunt alio modo est terra ubi cre
scit arbor mastici et sic hic capitur
De genere nota quod est calidum et siccum De proprietatibus
nota quod est abstersivum et mundificativum
Unde cum eo fricentur dentes et un
guentur si vis albificare illos Item
exsiccatum et pulverisatum consolidat



Macis secundum Platearium
est flos nucis
muscate secundum A
stasium et A
dicunt quod
sit cortex
nucis muscate
unde sicut
avellanis
est capula
quedam
in qua exi
stit sic et de nuce muscata quod habent mine
ras aliquas in quarum superiori par
te est macis De genere nota quod est
calida et sicca in secundo gradu Alii dicunt quod sit
temperate generis in caliditate et sic
citate dicunt quod sit sicca in secundo De prope
tatibus nota quod habet confortare stomachum
relaxatum quia sua stipticitate strin
git et aromaticitate sua confortat Item
confortat cerebrum cor unde valet in car
diaca passione Item astringit flu
xum ventris et valet in ulceribus
intestinorum Item valet in emptoyca
passione hoc est in sputo sanguinis Item
valet in yliaca passione quia pro
hibet fluxum descendere ad intestina

Magnes est lapis de quo li
cet dictum est de lapidibus tamen nunc a
liqualiter de eo est dicendum et est
frigidum et siccum De proprietatibus nota quod
invenitur magnes qui attrahit
humorem secundum Plinium Et reperitur
qui frangit ferrum Et reperitur qui
attrahit ferrum ita fortiter quod illud
ferrum remoto lapide aliud ferrum
attrahit Unde proprietas eius est quod
si caste mulieri dormienti supponatur
mulier amplexatur virum si est casta
si vero non est casta tunc habet somnia

terribilia ita quod capit aliquis delectationem
Item fures intrantes domum in qua
volunt facere furtum ponunt ad qua-
tuor angulos ignem et magnetem
imponunt tunc exeuntes in domo fu-
gerunt ita adeo quod relinquunt domum
et per fures furantur quicquid volunt
Item cum aceto valet ydropicis Item
in arte magica valet sicut dicitur carcatel-
libus confert quia faciunt apparere
fantasmata

Maiorana est planta cuius folia
parva aromatica et a quibus-
dam nominatur ancilla nimfes
quod folia sunt figurata ad similitudinem
auris muris De complexione nota quod est
calida et sicca in 3°. De proprietatibus nota
quod confortat cerebrum confortativum unde ponitur
in sacculis capitalibus Item resolvit
humiditates fluidas et ventositates
Item confortat stomachum infrigidatum et
valet in colica Item removet dolo-
rem aurium causatum ex frigiditate et
ventositate unde fit suffumigatio vel
ponitur succus eius in aurem Item valet
in passionibus matricis Item valet in
paralisi quia confortat membra ner-
vosa et resolvit materiam superfluam et
laudatur in epilepticis fluxus Item pro-
vocat urinam et menstrua Item valet in pe-
ripneumonia et ydropisi causata a frigi-
ditate unde datur decoctio
eius cum apiitis et resolutis

Malum granatum est granatum require g

Malva est planta quedam cuius
due sunt species Est enim planta
communis et ortulana et alia bismal-
va que habet folia similia prime malve
sed sunt maiora sed aliqui dicunt
quod sit altea sive malvaviscus et
de illo prius est dictum De A.
De complexione nota quod est frigida in primo humida
in 2° Item malva communis domesti-
ca humidior et bismalva De pro-
prietatibus nota quod est maturativa
et remotiva doloris ex ea materia
quia multum humectat Item ra-
dix malve habet proprietatem in educendo
de ani[?] Unde iungitur cum aloe de spi-
ca vel aliquo alio et aspergatur
cum pulvere stamee vel ...
lis est expertum Item valet in cen-
... somniferis Item valet
febribus et ethicis si renes et ve-
sica lavantur cum decoctione eius
Item decoctio eius valet scabiosis

Mandragora est radix plante
cuius forma conformis homini et habet
folia et radices quibus utimur in me-
dicina sed succus eius est efficacior ce-
teris De complexione nota quod est frigida et
sicca in 3°. Corticis et quod sit frigida in 3°
sicca in 2° licet multi dicant de radice eius
verum folia sunt calida in primo Et in
ea sunt aliquae partes calide racione
quarum assumentes fit rubea in facie
sed frigiditas predominatur in ea De pro-
prietatibus nota quod est stupefactiva et in-
frigidativa Unde datur ad bibendum
et inducit sompnum primo subtilis et
solus odor capitur illa Ideo cyrur-
gici volentes abscindere membrum dant
homini bibere vinum decoctionis eius
Item emplastrum factum ex succo eius et fa-
rina ordei aufert omnem dolorem
Item lacrima eius valet in dolore
oculi causato ex fluxu materie calide primo
in principio compescit dolorem oculi
et folia emplastrata ad idem valent
Item valet in herisipila et apostematibus
calidis removet scrophulas et a-
postemata dura Item lac eius remo-
vet lentigines faciei et albugines
Item et aurum et stagnum si ebur
vel os elephantis coquatur v vel vi
horis cum cortice mandragore mol-
lificatur ut cera et per ... spacia-
lis et postea iterum indurabitur unde
causas apponit sterilitatis hominis Item
lacrima eius educit fleuma per vomitum
sicut elleborus et supposita mulieri edu-
cit ... primo fetum mortuum Item
mundificat matricem et reddit eam
aptam impregnationi Item semen
eius mixtum cum sulphure vivo et
applicatum ... mulieri abscon-
dit ... Item si misceatur cum melle
et oleo valet contra puncturas animalium
venenosorum Item est alia planta
similis ei sed est spinosa quia indu-
cit lepram et ruborem faciei unde
vinum rubeum assumptum in multa
quantitate per balneum vel super ca-
lefactionem fetorem inducit ruborem
et alia accidentia sua

Manna est ros quidam in aere ge-
neratus ex vaporibus a terra ele-
vatis quia vapores in aere digeruntur
et frigiditate noctis descen-
dunt et cadunt super lapides et
quadam frigiditate coagulantur et in
manna convertuntur Et secundum alios
manna fit omnem rorem caden-
tem ex superioribus cum dulcedine

pluit manne. Et hec manna
tamilopex recipitur quedam que ca-
dit super lapides per modum guttarum
et quedam que cadit super plan-
tas. Et diversificatur ex parte plantarum
et regionum quia quedam generatur
in partibus calidioribus. Et melior illa
tamen est que cadit super lapides
et est albi coloris et magne dul-
cedinis. et que cadit super plan-
tas non est tante bonitatis quia
habet dispositionem et saporem plan-
tarum. De complexione nota quod que ca-
dit super lapides est temperate complexionis
in fri. ca. hu. sic. sed que cadit super
plantas est complexionis sicut plan-
te super quas cadit. Et diminuitur
et falsificatur quia capiunt succum li-
quiricie et zucker et habet dulcedi-
nem sed non est albi coloris et
per hoc cognosci potest que est bona. De
operationibus nota quod vigorat virtutes
menialis laxativas quia bonitate
sue dulcedinis fortificat naturam
primo quod Gal. mes. miscet eam cum
scamonea. Item clarificat vocem
et pectus mundificat. Item educit
materiam coleram rubeam aliquantulum
parum calidam. Eccontra tamen soluta
est et sic etiam removet sitim
quia educit illam materiam coleram
que est ca. sic. et humectat ea.
Item sua dulcedine est lenitiva ve-
ntris operatio eius fortificatur si miscetur
cum succo prunorum. Item decoctio
eius cum thamarindis et nucis clari-
ficat sanguinem et educit materiam
coleram.

Maratrum est feniculi semen. De
complexione nota quod est ca. et sic. in
2o. De operationibus nota quod stomachum
confortat et aperit opilationem epatis
renum et vesice. De feniculo dictum
est supra de ff.

Marra est species buglossi secundum
aliquos quam dicunt esse
ca. et sic. in 2o. De operationibus nota
quod confortat stomachum frigidum et remo-
vet dolorem eius. Item confert
intestinis et dolori cordis et est
aperitiva quia venam provocat. Item
valet in apostematibus frigidis quia
est resolutiva et subtiliativa. Item
semen eius valet contra rasuram
intestinorum. Unde fervet et exhibe-
atur illi qui passus est dissen-
Margaritha est res // tum

nota que generatur et producitur in quibus-
dam conchis maris. Et aliquae
sunt nichil perforate aliquae vero ex
naturalibus meliores sunt que sunt
rotunde et non habent angulos
et que sunt clare. De complexione nota quod
est fri. in primo sic. in 2o. De opera-
tionibus nota quod habet confortare cor et ideo
valet in cordiaca passione. Item con-
fortat visum. Unde pulvis eius confor-
tat humores oculorum acuit et abster-
git eum ab humiditatibus superfluis.
Item abstergit albas si fit linimentum
cum aliquo alio liquore. Item cla-
rificat sanguinem cordis propterea con-
fortat cor. Item dealbat dentes
pulvis eorum in fricatione quia abster-
git dentes.

Markasita est superfluitas quedam
que per eliquationem metalli re-
peritur. Et secundum hoc est plurimarum specierum
unde est markasita auri argenti
eris et ferri et assimulatur in co-
lore metallo a quo fit. De complexione
nota quod diversificatur secundum diversitatem
metallorum. Dicitur et quod sit ca. in
2o sic. in 3o et hoc verum de mar-
kasita auri et non ferri, et mar-
kasita alio nomine dicitur fumia de
quo dictum est supra. De operationibus
nota quod abstergit oculum et hoc
intelligitur de mark. auri et prepara-
tur cum aqua rosarum. Item mark.
eris mixta cum aceto valet contra
serpiginem et morpheam et remo-
vet lentigines faciei. Item repel-
lit humiditates et crescit capillos
unde ponitur ad lixivium. Item mi-
scetur cum terebentina et repellit
apostemata dura. Item pulvis eius co-
solidat vulnera et removet car-
nem putridam in vulnere. Item
si merkasita auri suspendatur
collo pueri facit quod non timet.
Item prohibet fluxum menstruorum ad nimium
vas. Item consolidat vulnera putrida.

Marmakora est maskulus et
est planta quedam cuius fo-
lia tendunt ad plurimam humiditatem
et est duplex quedam odorifera
quedam non odorifera. De complexione
nota quod est ca. in 3o sic. in 2o. De
operationibus nota quod si miscetur cum
vino valde inebriat. Item odor
eius inducit sompnum. Item apposito
ponetur feras ubicumque sunt et
cum humoribus difficultate anhelitus

ppter materiam fleumaticam vz Item valet in
opilacione epatis et splenis ex fleu(mate) Et
exiccat humiditates fleumaticas stomachi et pre-
cipue illa que est acetosa Item a
proprietate confortat stomachum et intestina
et opilacionem eorum aperit Item pro-
vocat urinam et an.

Mastix est gumma quedam arboris
ponentis sententia · cuius due sunt
species Una est nigri coloris alia
nigra coloris Et melior est albi
coloris et boni odoris De gradu non
constat est ca et sic in 2o De proprietatibus
nota quod principaliter vz in dispositione
stomachi frigida quia potenter confortat enim
et dissolvit fleuma quod est in ipso et
oleum eius valet ad idem Item con-
fortat epar infrigidatum Item vz
in apostematibus frigidis epatis et stomachi Item
confortat caput et si masticetur pur-
gat materias fleumaticas in ore et a capite
exeuntes Item purgat dentes et
confirmat eos et decoctio eius valet
ad idem quia removet humiditatem
eorum Item confortat virtutem fri-
et dissolvit materiam fleumaticam in ipsam
exeuntem Item decoctio corticis et
radicis arboris eius valet in flu-
xu ventris et in [illegible] intestino-
rum · quia consolidat illa et possunt
etiam apponi folia illius arboris
Item mastix prohibet vomitum si cum
boloar et sanguine draconis detur Item
ex eo fit gluten sine colla quo
pluribus restitucione pilorum palpe-
brarum Item oleum eius valet in
doloribus iuncturarum a causa frigida
vino si applicetur vz

Medulla est substancia quedam existens
in concavitate ossium De gradu
nota quod est ca et hu · caliditas tamen
eius non est multum intensa Unde
ca est in primo hu in 2o Et inter
medullas melior est vituli postea cer-
vi Deinde thauri · postea capre et ultimo
ovium De proprietatibus nota quod digestu
difficilis est multi nutrimenti et fre-
quentius generat fastidium et abhomina-
cionem quod removet piper et
cynamomum Item dicit Avicenna si ponatur
medulla cervi ad aliquem locum
fugat animalia venenosa Item vz
ethicis si ex ea et aliis preparatur sit
unguentum et inungatur spina dorsi et
mollificat apostemata dura et mem-
bra indurata Item removet
duriciem matricis unde fit ex eo
suppositorium

Mel est ros quidam occultus cadens
super flores quem colligunt apes
et causatur ex vapore in aere eleva-
to qui frigiditate noctis ingrossatur et
in rorem convertitur quem suscipientes a-
pes alterant illud et demum reponunt
mel productum in vase Et diversificatur
ex parte eorum super que mel cadit
super absinthium est amari saporis
Et quod cadit super plantas venena-
tas est venenum quia inficit Et
bonum mel cognoscitur ex odore sa-
pore et [illegible] Unde dicitur esse boni o-
doris et habere rubedinem et dulce cum
quadam acuitate et non debet esse ni-
mis grossum nec nimis subtile
De gradu non mel apud simplicem est
Serapionem est ca et sic in 2o Avicenna 2o ra-
tione dicit quod est mel crudum quod de-
coctum quod est ca et hu in primo
De proprietatibus nota quod acutum abster-
sivum et resolutivum Unde aperit ora
sua venarum et abstergit et ideo
vz in ulceribus profundis Et mel de-
coctum sufficienter consolidat Item pro-
hibet generationem pediculorum lendi-
um quia inficit eos propter acuita-
tem eius Item clarificat visum Et
attrahit humiditates a profundo cor-
poris et pluribus putrefactionem
ponitur in medicinis que diu debent
servari Item abstergit humiditates
pectoris Item mixtum cum sale gemma
removet albas et vestigia vulnerum
Item confortat stomachum abstergendo hu-
miditates eius unde provocat appeti-
tum Item aqua mellis provocat
urinam abstergendo humiditates
oppilantes vias urinales · etiam quia
in melle est caliditas que acuitati
existit Item mel non despumatum
est inflativum Sed despumatum non in-
flat quia iam sunt partes aliquo
modo ventositatum que in spuma et
eleuate sunt ut mel bene despumetur
Item solvit ventrem sua acuita-
te et abstersione · Sed mel crudum
solvit leniendo quia humidum est
Item mixtum cum sale et applica-
tum aure abstergit immunditiem et
saniem in aure Item vz in suffo-
cationibus matricis ex frigiditate Item vz
in catarro [illegible] Item
valet contra fungos venenosos et qui
assumpserit aquam vino deglutinatas
vz in illo Item vz contra malinco-

Mel cum albumine
ovorum [illegible]
[illegible] temporibus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] fiat optime non
plus dormiens si [illegible]
oculos nobis [illegible]
Symon a presbitero
sed parum durat
in multos dies

fungorum Item si quis usus est multe
venenosorum radice plantarum super quas
cecidit confert comedere rutham et
pisces salitas quousque evomat
Item mel in qua ubi est bonum in-
venitur habentibus complexionem frigidam et
non habentibus calidam
Melica est planta ad modum ar-
busculae cuius folia assimilantur fo-
liis olivae De complexione nota quod est ca-
lida in 2o sicca in primo De proprietatibus
dicit Aviscenna quod folia eius comedun-
tur et cum melliloto removent do-
lorem pungitivum
Mellilotum est flos trifolii citrini
coloris De complexione nota secundum Aviscennam
est calidum et siccum in primo et secundum Serapionem
est frigide complexionis De proprietatibus quod
est confortativum membrorum Item est
maturativum et lenit matricem Item valet
in apostematibus ani et testiculorum quia
resolvit in aliis apostematibus quia digerit
materiam et resolvit Item sedat do-
lores Item valet in coitu provenien-
te ex frigiditate Item valet in dolo-
re auris unde fit emplastrum de eo cum
aliis appropriatis Item sedat dolo-
rem inveteratum calidum ex ma-
teria Item confortat caput unde
coquitur in lixivio
Melissa est planta quae alio
nomine citraria dicitur quia odor
eius assimilatur odori citri et folia
habet similia foliis urticae et sunt
quasi corrugata et habet florem album
Serapion dicit quod folia eius sunt viridia
De complexione nota quod est calida et sicca in primo
De proprietatibus quod est multum cor-
dialis et ideo ponitur in epithimatibus [illegible]
[illegible] et valet in cardiaca pas-
sione Item removet timores pro-
venientes ex melancholia quia purifi-
cat sanguinem et confortat cor Item
valet in punctura scorpionis et ca-
nis rabidi tam accepta interius quam
exterius applicata Item decoctio eius
valet in suffocatione seu lesione
fungorum Item per modum emplastri
valet in passionibus arteticis
Item cum sale resolvit scrophu-
las et mundificat ulcera Item
si in ore masticetur confert dolo-
ri dentium Item valet in asma-
te Item prohibet augmentationem testi-
culorum et mamillarum unde em-
plastratur et valet
Melo est fructus notus per modi-

cum tempus tangitur per unam horam
durat in putrefactione debita De complexione
nota quod est frigida et humida in 2o De pro-
prietatibus quod provocat urinam et praecipue
semen eius quia aperit vias urinales
ratione subtilitatis aquositatis quod in
eo existit Item cortex eius emplastrata
valet in apostematibus calidis et prohibet generatio-
nem apostematum Item cortex exterior
si applicetur fronti prohibet fluxum rheu-
matis ad oculos Item farina seminis cum a-
qua frigida mixta decorat faci-
em mulieris Item in febre acuta
non est nocivum applicare vel come-
dere similiter in corporibus calidis
quia remittit caliditatem talem unde
non comeditur multum quia generat
humorem subtilem cito putrescibilem
Melo citrulus est fructus qui sic
nominatur propter [illegible] et est rotun-
dae figurae De complexione nota quod est fri-
gida et humida in 2o Et est media inter
melonem et melonem [illegible] quia re-
cedit [illegible] materiam grossiorem et non est
tantae humiditatis ut melo sed maioris
frigiditatis De proprietatibus quod provocat
urinam et praecipue semen eius
et potest tutius dari quam melo quia
non est ita cito putrescibile et
maxime in corporibus cholericis calidis
Memite est celidonia [illegible]
Memitem secundum Gnosciam(?) etiam
est celidonia et ideo respice de ce-
lidonia nota quod succus eius est valde acu-
tus ideo debet cum aqua moderari
si cum ipso debet fieri abstersio oculi
Item succus radicis ad idem valet
Menta est herba nota et duplex
hortulana et silvestris pilosa
est tendens ad albedinem magis quam
menta quae domestica De complexione no-
ta secundum Aviscennam est calida et sicca in 2o sed
secundum Serapionem in 3o De proprietatibus nota
quod incitat ad coitum Item appli-
cata stomacho confortat ipsum similiter
si ab intra sumitur Item valet contra
singultum et prohibet vomitum Item
interficit vermes stomachi et intestinorum
Item si ponitur ad lac non coagu-
latur nec caseatur Item sedat dolo-
rem cholericum ex materia frigida
Item si ponitur in ore mulieris an-
te coitum prohibet impregnationem Item
emplastrata cum [illegible] removet
lac et valet contra morsum canis rabidi
Melagra(?) est planta quaedam
quae producit folia in quarum

frigiditate sperma existit et crescit iuxta
ripam maris. Alio nomine atriplex
marina dicitur et folia assimilantur
foliis olive nisi quod sunt longiora
et latiora. De complexione nota quod est ca-
lida et humida in primo. De proprietatibus nota
quod decoctum et comestum multiplicat
sperma vel etiam recens comesta.
Item radix eius cum mellicrato pro-
vocat lac et urinam. Item removet do-
lorem renum.

Mentastrum est species mente et est
in posteriori parte alba et pilosa
et dicitur esse menta silvestris et
habet folia grossiora et longiora
quam menta domestica. De proprietatibus
nota quod habet magnam proprietatem in
provocando menstrua et propter suffusionem quando
data in potu. Unde est res calida
aperitiva et resolutiva. Item succus
eius removet scrofulas et valet
in apostematibus flatuosis.

Mercurialis est planta et est
nota et habet levis viscositate. De
proprietatibus nota quod omne molestia
educit choleram rubeam si bibatur vel sub
decoctionis eius cum pullis laxat
flegma album et non multum decoquatur
ne eius virtus debilitetur. Et si
loco eius ponatur cassia fistula cuius
operatio esset fortior et confert tus-
si et colice et si misceatur cum tur-
bith confert colice frigide ex flegmate
et maxime in 9o cap. ca.

Meson est latum menstruum alios
lanceola dicitur. Cuius due sunt
species quedam habet folia maiora
ad modum lancei quedam minora
et illa que habet folia similia foliis
olive est melior aliis et in
utraque parte reperitur magis quando
est rubicunda quam viridis. De
complexione nota quod ablutio oculis decoc-
tionis eius removet dolorem
dentium. Item fiunt pulvis eius
mixtus cum modico piperis et cera.
Item removet serpiginem impetigi-
nem albam et morpheam. Unde
pulvis eius cum melle misceatur. Item
si cum terebintina vel oleo laurino
misceatur removet scabiem. Item
nocet stomacho id cum eo administran-
tur stomachis confortativa ut zinziber et cu-
beba et alia. Item valet in ydropisis
sperma potenter educit aquam con-
ut dicit auctor 1 et debet
peti cottidie ... meson 2 in aque

... usque ad quantitatem
terre partis et detur de illa decoc-
tione omni mane 3 et potest addi
alia aperitiva. Item non operatur cum
est venenum quando 2 in 3 auctor ... manife-
stum. Item valet in passionibus matricis.

Mespillus sunt fructus noti et sunt
frigidi et sicci in primo. De proprietatibus
nota quod confortat stomachum et aufferunt
choleram egestionem ac vomitum. Item pro-
vocant urinam et magis pertinet
ad medicinam quam ad cibum. Item
pirum mutant et dant grossum
nutrimentum et melius est quod sumantur
ante cibum quam post quia stomachum confortant.

Milium est granum pinguium natum
in farre et alio nomine dicitur cicera
et habet corticem in qua est siccitas
et ponticitas multa. De complexione nota
quod est satis temperate complexionis in sic. et hu-
midum et habet sine semine. De proprietatibus
nota quod sedat dolores. Item quando
decoctum et vinis coctis fit emplastrum. Item
lotum est ut dicit auctor quod tamen illud
excorticatum est leviori nutrimenti et
non est tante inflammationis sicut
falsi. Item habet quandam proprietatem
ad phlegmaticum corpus et est absterc-

Milium est granum parvum cuius sum-
ma color tendit ad citrinitatem. De
complexione nota quod est frigidum in primo siccum in 2o.
De proprietatibus nota quod ratione sue
siccitatis confortativum stomachi et
aliorum membrorum corporis ymo ven-
trem constipat. Item milium as-
satum valet contra torsionem ven-
tris. Item est parvi nutrimenti et
non generat sanguinem laudabi-
lem sed grudiores superfluos.

Milium solis est granum quoddam
albi coloris dure substantie et
rotunde figure et crescit in quo-
dam planta cuius folia in parte
inferiori sunt grossiora quam superio-
ri. De complexione nota quod est calidum et sic-
cum in 2o. De proprietatibus nota quod habet
tres proprietates. Prima est fran-
gendi lapidem. 2a provocat urinam
tam per viam lotii quam porosi.
2a provocat menstrua. Item valet in y-
liaca passione cum sale fit torrefa-
ctio et ponitur in sacculo et suppona-
tur.

Minium est quoddam citrinum colore
ex plumbo per viam combusti-
onis et est calidum et siccum. De proprietatibus
nota quod removet carnem pu-
tridam sperma potenter excitat. Item

valet in fistulis et ulceribus frau-
dulentis Item valet contra sterili-
tatem si sit fumitus cum oleo porry
Mirabulam sunt fructus arbo-
rum quorum sunt quatuor species
ut citrini kebuli nigri et indi Di-
cunt quidam quod ille quatuor spe-
cies sunt fructus diversarum arbo-
rum Unde dicunt quod citrini et kebu-
li sunt primi fructus sed indi et ni-
gri sunt secundi fructus eiusdem arbo-
ris sicut habetur Sed melius dicitur quod sunt
fructus diversarum arborum quia fruc-
tus sunt diversarum specierum igitur
videtur quod etiam arbores Decoctione
nota quod sunt multi modi exhiben-
di eas quia sunt in ventre ventosi-
tates Unde possunt exhiberi in sub-
stancia cum pulverisentur per viam co-
mestionis alio modo per viam decoc-
tionis Et inferius hic ponuntur
Unde primo dant operacionem quod
sunt sicci et stiptici Ideo adherent
villis stomachi et ideo primitur vesti-
gium corrugationis in membro in
quo sunt quod medicine leviter sunt
eis administrande et medicine aperi-
tive ut est absinthium quod sunt sub-
tiles agarica et similia Item
capiuntur mirabolani et ponuntur in
aqua donec intumescant desicen-
tur per diem et bulliant in aqua
zuccari et tunc dicuntur mirabolani con-
diti mirabolani confortant sua propri-
etate cor epar stomachum primo ipsius
corum facit intumescere et dat
bonum odorem et colorem Item pro-
hibent fetorem sudoris Citrini
educunt coleram kebuli fleuma in-
di et nigri melancoliam Unde omnes
inducunt leticiam confortando
cor Nigri et indi valent mul-
tum in lepra et passionibus mela-
ncolicis Item confortant oculum ut
acumen appareat et prohibent flu-
xum lacrimalem Item sunt con-
solidativi cum cum terinea mastic-
cis fit pulvis Item cum aqua endivie
et eis fit optimum collirium Item
pulvis consolidat fluxum ventris
Item pulvis eorum restringit fluxum
emoroydarum quia excitant Et dosis
est a 3 i usque ad 3 iii In decoc-
tione a 3 iii usque ad x
Mirta est quedam arbor cuius
bacce plurima in partibus Armenie
reperiuntur colliguntur per Galienum
post distillationem eius ab arbore et
ventuositas excitat primum et invica-
ditur Cuius bonitas ex colore co-
gnoscitur quia debet participare clarite-
tendente ad rubedinem et non debent
in ea esse partes ligneae vel terree
permixte Decoctione nota quod calida et
sicca in secundo De proprietatibus quod removet
fetorem oris et reddit bonum odorem
oris Unde teneatur in ore Item mun-
cta oleo cum quo mirtum igwina
removet fetorem illarum partium et
per dissolutum in vino et ad idem valet
Item fortificat dentes Item remo-
vet cicatrices vulnerum et oculorum
et consolidat vulnera oculorum causata ex
ulceribus et removet asperitatem pal-
pebrarum ac humiditates oculorum Et
ex ea sit capitpurgium quod caput ve-
hementer purgat Item affirmat ca-
pillos cadentes et prolongat Item
provocat podagram et ideo ipsa odorem eius
non debet frequentari Item pulvis eius
consolidat vulnera antiquata et frau-
dulenta Item valet in fracturis et assinum
Item dissolvit apostemata fluida sua cali-
ditate et excitat sua siccitate Item
prohibet putrefactionem Unde corpori mor-
tua aspergantur ea quia exsiccat
superfluitates humidas Item tempore
pestilencie detur pulvis de mirra Et
valet in asperitate vocis Item provocat
menstrua Item in asmate teneatur in ore
et paulatim illa aquositas transglutiatur
Item valet in febribus Unde dissolvatur
in oleo costi et inunga dorsum inungatur
removet rigorem febris Item valet
in punctura scorpionis Item valet
in mollificatione stomachi et inflamma-
tione eius quia unit partes stomachi et
per confortat eum
Mirta est planta huius foliis prima
ad aliqualem rotunditatem declinans
et producit fructum nigri colo-
ris maioris quantitatis quam cubebe in
quo est cortex qui participat aliqua-
li dulcedine in stipticitate plurima
et in eo sunt granula prima alba
que adhuc sunt maioris stipticitatis
Electio mirti est Nam si uti volu-
mus foliis tunc folia mirti mon-
tani sunt meliora et grana eius et
illa precipue que participant colo-
re nigro et grana possunt haberi
per v annos et folia ultra Decoctione
nota quod sunt frigida in primo sicca in secundo
tam fructus quam folia quam etiam mirtus

De proprietatibus nota quod confortat cor a
proprietate et ideo valet in cordiaca passio-
ne et tremore cordis Item confortat sto-
machum superficialem Item prohibet flu-
xum ventris et vomitum colericum et flu-
xum sanguinis narium unde imponitur pulvis eius vel
succus et restringit omnem fluxum et ge-
valet in fluxu ani Item aqua eius valet in
emissione urine et etiam succus vel pul-
vis eius Item confortat virtutes et prohibet
fluxum urine ad eas Item valet in apostemati-
bus calidis quia reprimit materiam fluxuum
Item decoctio eius prohibet casum capil-
lorum et elongat eos et hoc maxime facit
[illegible] Item cinis mirti combusti
ponitur loco tutie quia habet eandem proprieta-
tem Item valet in combustione ignis
et prohibet vesicationem que solet fieri
in combustione ignis Item valet in
primo obtalmie Item valet in zedi ca-
vum ff suffumigio Item removet as-
sellas et inguinum si lavetur eo Item
si masticetur removet fetorem oris
Item fortificat corpus si in balneo vel
eo fit fricatio et prohibet sudorem si
corpus cum pulvere aspergatur Item valet
in exitu ani et matricis unde aggregatur
intestinum quod egreditur et valet in
punctura aliud

Morella est solatrum ut supra
Morsus galline est anagallis ut supra
Morum est fructus cuius due sunt
species scilicet mora celsi et mora rubi
Mora celsi id est mori arboris quando ma-
tura dicuntur Mora rubi est satis notum
Est enim fructus crescens in spinis
granatum similitudinem habens et ru-
beum Et est duplex scilicet maturum dulcis sa-
poris et non maturum acetosi saporis
Maturum calidum et humidum in primo Im-
maturum frigidum et siccum De proprietatibus
nota quod dat parum nutrimentum et ma-
lum et assimilatur nutrimento melo-
num et debet sumi ante cibum quia tunc
humectat in quantitate competenti et non
post cibum quia disponit ad putre-
factionem Item in cortice mori
est virtus solutiva Nam decoctio
arboris eius laxat Item mora
immatura stringunt et sumuntur loco
sumac Item emplastrum ex eis et
foliis valet in combustione ignis et
foliis decoctis ad idem valet Item
decoctio corticis et vitis denigrat
capillos et valet illa decoctio in
dolore dentis et quia radix eius
valet potissime ad hoc Et si scindatur

radix in tempore calido et tunc apparent
lacrime quod valet et solvit ventrem
Item cortex mori est tyriaca minor
et succus eius bibitus valet contra morsum
aliud venenosum Item decoctio foliorum
valet in squinancia et in aliis apostemati-
bus Item ex succo eius fit diamoron
quod dirigit materiam in gutture existentem
unde fit etiam excoriatio materie et
quod fit exitus materie tunc est repercussivum
materie ad illas partes

Mu est radix plante cum ramis
divise figure cuius color assi-
milatur colori agarici et est boni o-
doris unde non linguam mordet unde
De complexione nota quod est calida et sicca in secundo De
proprietatibus nota quod valet in passionibus
intestinarum qualitercumque administretur
Et non debet dari nisi prius contri-
tatur et ponitur in aceto per aliquot
dies et tunc exsiccetur et valet quia
causat zodam propter humiditatem coagu-
latam carne cuius liberat Item e-
duxit aquam et valet in doloribus matricis
Item valet in dolore pungitivo ven-
tris emplastrum

Mumia est superfluitas quedam
que in ossibus mortuorum est re-
perta et proprie circa cerebrum et spinam
dorsi Unde per tempus magis generatur
in partibus ultra marinis corpora mor-
tua balsamantur tunc in capite illa-
rum species fit una ebullicio humi-
ditatum et attrahuntur ad spinam
dorsi et ibi exsiccantur et dicitur mumia
De complexione nota quod est calida in secundo sicca in tertio
De proprietatibus nota quod restringit fluxum
sanguinis narium unde cum succo plantaginis
vel sanguinarie et cum licio imponitur
naribus Item cum mastice et aqua
dragaganti fit pillula que teneri debet
in ore contra fluxum sanguinis a pectore Item
cum mastice thure bolo armeno et san-
dali et albugine ovi fit linimentum
quod restringit fluxum ani etiam
valet in fluxu ventris Item valet
contra vomitum si capiatur intra vel extra
Item bibita cum lacte valet in ulceri-
bus virge et vesice Item valet
a proprietatibus contra venenum unde cum
decoctione apii capiatur Item
contra puncturam scorpionis unde cum
butiro applicetur Item valet zede fe-
cis ovi unde dissoluta in aqua
maiorane et linitur caput Item valet
contra dolorem et fluxum aurium unde
misceatur cum oleo sambucino

Mirtum est brusca aut est domesti-
cum agrestum. De complexione nota quod
est temperata in ca. et hu. De proprietatibus
nota quod est lenitivum. Unde lenit duri-
cies cutis apostematum et renum. Item est
lenitivum pectoris et pulmonis et gut-
turis si misceatur cum risi et milio
et valet contra excoriationem intestinorum.
Muria est aquositas facta ex carnibus
vel piscibus cum sale. Unde impo-
nuntur carnes cum sale et provenit a-
quositas que dicitur muria. De complexione
nota quod est calida et sicca proveniens ad 3m
gradum. De proprietatibus nota quod
est res abstersiva et mundificativa.
Etiam exhibitum removet malas pu-
tredines in ore existentes vel stomacho. Item
valet morsis canis rabidi si superpo-
natur quia attrahit et abstergit. Item
valet in dolore sciatico et podagra
unde fit clistere.
Mus est animal notum. Cuius due
sunt species. Est enim quedam pro-
ducta per putrefactionem. Et quedam
per seminis propagationem. De complexione
nota quod est calidus et siccus. De proprietatibus
nota quod caro eius ... exsic-
cat ex quo infertur quod est calida et acu-
ta. Item stercus eius valet in allo-
picia. Unde cum sepo fit linimentum.
Item stercus muris adustum pro-
hibet multitudinem saliue. Item ster-
cus eius bibitum cum thure
et aqua mellis potenter frangit
lapidem. Item stercus eius est
solutivum si per modum suppositorii in-
funditur et proprie in pueris valet.
Musa est fructus arboris in quo
dicunt primum parentem peccasse.
Alii dicunt quod in ficu. Et iste fru-
ctus multum est delectabilis gu-
stui et habet figuram oblongam ad
modum cucumeris sed est subtilior et est
boni odoris. De complexione nota quod est
calida et humida in primo. De proprietatibus
nota quod excitat coitum et au-
gmentat sperma. Item valet in
incalefactione renum quia eos
confortat et valet in ardore
urine. Item valet in ardore pe-
ctoris calefacto cum siccitate et
similiter valet gutturi. Item la-
xat ventrem et usus eius multum
est malus. nocet enim stomacho et gra-
vat ipsum quia est difficilis di-
gestionis. Item inducit opilationes
epatis et splenis et maxime
cum ... dispositis.
Muscus est viscositas quedam ad-
herens lapidibus circa aquam
existentibus. Ex quo patet quod differentia est
inter muscum neutri generis et ma-
sculini generis quia est res odorifera.
De complexione nota quod est frigida et humida in pri-
mo. De proprietatibus nota. Avicenna dicit
quod valet in omni fluxu sanguinis quia
ipsum restringit sua viscositate et
prohibet exitum sanguinis sua frigiditate.
Item valet in apostematibus calidis et in
herisipila et similibus et valet in
ruptura. Item valet in asthmate
quia reprimit. Item valet in dolori-
bus iuncturarum ut in podagra et ciragra.
Muscus est superfluitas cuiusdam ani-
malis in folliculo quodam generata
in animali quod gazela dicitur et est simile
capreole. In hoc enim animali circa coxas
defluit illa superfluitas que in fol-
liculis maturatur et perficitur. Ali-
qui illud animal capiunt et scindunt folliculos
et aliqui cum se ducit illud animal fri-
cat se et sic frangitur folliculus et
exit muscus. Et nota quod bonus mu-
scus dicitur esse coloris puleacei ten-
dens ad aliqualem rubedinem
et ille qui est coloris nigri minus
laudatur. Et bonitas eius cogno-
scitur ex odore quia debet esse ve-
hementis odoris. Sophisticatur ali-
qui cum sanguine humano vel
permiscent illum sanguinem exsicca-
tum et pecia panis apponunt de
musco et miscent simul cum aqua
rosarum et reponunt in folliculum in
quo fuit muscus. Et aliqui sophi-
sticant cum radice calamenti. De
complexione nota quod est calida et sicca in secundo. De
proprietate nota quod sua proprietate con-
fortat cerebrum et cor unde valet
in cordiaca fieri et in tremore cor-
dis et confortat stomachum debilita-
tum ex frigiditate. Item cum storace
apponitur ... et valet. Item
prohibet imaginationem unde ministra-
tur ... magna et applicetur
naribus. Item confortat visum
ideo valet in collirio. Item valet contra
fetorem oris et ascellarum. Item
valet in passionibus matricis. Item
contra venenum unde est tyriaca napel-
li et ideo ex eo tempore pestilentie fit
pomum unde confortat cor cerebrum
et consumit humiditates aptas
putrefactioni etc.

Napellus est planta que na
scitur in mon
tanis et etiam
in vallibus habens
folia aliqualiter
oblonga De
complexione nota quod
est calida et sicca in
4o gradu et dicitur
quod sit ultime caliditatis et siccitatis
De proprietatibus nota quod est venenum et
interficit et tyriaca eius est mus na
pelli Item valet in lepra et albaras
si etiam malicia eius refrangitur cum
mure napelli quod est animal mo
rans in radice napelli quod fit
ingressum per modum muris et alio
nomine dicitur napellus moysi et est
tyriaca napelli Unde in omni vene
no valet Unde in istis partibus non est
actus eius et sic non timeamus de eo

Narcissus est planta habens
folia similia foliis porri unde
hec folia sunt longa et sunt ali
qualiter lanosa et producit florem
albi coloris ut lilium et in medio est
sicut rosa quasi crocei coloris et habet
radicem rotundam per hoc intelliguntur
De complexione nota quod est calida et sicca in 2o
De proprietatibus nota quod valet ad facien
dum fetum exire Unde et in faciunt
aborsum in omni animali Item valet
in doloribus renum quia provocat urinam
Item valet in oppilationibus epatis Item valet in
zoda dependente a frigiditate et humiditate
Item mixtum cum acceto et melle con
solidat et intrinat vulnera Item di
git apostemata difficilis resolutionis et
durae materie Item extrahit res infixas
carni Item cum melle et farina loly
fit unguentum Item valet in allopicia
Unde cum melle fit linitum Item oleum
et radix multum valet in doloribus articuli
orum Item oleum eius est simile o
leo sambucino nam tale aperit
orificium matricis Item crapula appeti
tatum nocet quia inducit rebum
Item cum melle valet in adustione
ignis Item decoctio provocat urinam

Nasturcium est planta nota De
complexione nota quod est calida et sicca in 3o
et habet virtutem de semina quia folia
non sunt tante caliditatis et sicci
tatis De operationibus nota quod incitat
ad coytum Item calefacit corpus per
stomachum et splenem sed nocet stomacho propter
eius acuitatem et mordicationem et ab
lata mordicatione tunc non nocet ei sed
inducit appetitum Item valet in durici
e splenis Item valet in passione
sciatica similiter clistere valet ad idem Item
linitum retinet capillos cadentes et valet
scabiei et impetigini Item valet in asma
te Unde mundificat pulmonem Item valet
in mollificatione nervorum quoniam excitat
et resolvit Item facit venire mentrum co
lericam Item valet in passione colica
quia resolvit ventositates et mas
flatuosas tam bibitum quam etiam appli
catum Item facit animalia venenosa
fugere si ex ea fit suffumigium Item pro
vocat urinam et aquam Item facit abor
sum Item valet in apostematibus fluxis et in
carbunculo et in apostematibus pestilentialibus
Unde cum melle et aliis appositis fit
emplastrum Unde est fermentum simul an
xungia et sal et nasturcium fit em
plastrum quoniam attrahit potissime mate
riam venenosam apostematis

Nemen est zizibium et est plan
ta quedam que assimilatur men
te et habet folia magis longa De
complexione nota quod est calida in primo sicca in 2o
De proprietatibus nota quod decoctio eius
interficit a proprietate pediculos Item
prohibet putrefactionem Item valet
in pruritu aurium et vesicarum Unde
fit emplastrum super locum pruritus etiam
ad intra assumptum valet Item pro
vocat urinam et aquam Item pulvis eius
frangit lapidem renum et vesice Item
valet in apostematibus frigidis et duris Item valet
in punctione renum et litargia Unde
fit decoctio eius cum aceto et ap
plicetur capiti Item decoctio cum
aqua rosacea confortat medullam et valet
in zoda a causa frigida Item facit abor
sum Item removet singultum Unde
confortando stomachum sua calidite et sicci
tate consumendo humiditates superflu
as removet singultum proprie semen

Nenufar est herba cuius
ortus est in paludibus et aquis
et folia habet lata et florem album
in cuius medio sunt grana crocei co
loris et ille est melior citrino De
complexione nota secundum quosdam 2o calida est fri
gida et humida in 2o De proprietatibus nota
quod inducit sompnum et prohibet vigili
as et omnia in eo sunt sompnifera
Item radix nenufar in ... removet
albaras appliciturque per modum emplastri

Item sirupus eius valet in ptisi et
asmate Item valet in capitulis ca
lide applicatis Item prohibet coytum
et valet contra pollutiones noctur
nales Unde detur semen eius tale
congelat sperma et aufert desiderium
coytus et sirupus valet ad idem Item
decoctio eius valet in dolore vesice
Item patiens sedeat in ea Item sir
upus in febribus magnum remuneratur
in fluxu ventris et in dissenteria

Nepita est menta silvestris Et n
Neremisse rosa asini appellatur et
est flos quidam qui assimilatur malve
non tamen est tante efficacitatis ut
malva De complexione non constat calida et sic
ca in 2o et multiplicat appinguet ne
spere Unde flores eius ponitur 3a pars
sit et sexta pars rosi et 6ta pars spi
ce et ista mixta valet tantum sicut ne
remisse De operationibus nota quod ut
de confortat stomachum frigidum ex frigiditate et valet
in fluxu ventris frigidi quia constrin
git et confortat

Nezendikum secundum quosdam sed debet
scribi per b ut berendikum et est
virga pastoris de quo dicetur
capitulo de v.

Nigella est planta cuius folia par
va et habet stipitem longum in cuius
summitate pulmacam in cuius summitate est
casula quedam ut habet papaver in quo
est semen nigri coloris et aliquantulum
albi coloris quod granum vitre in
mensa De complexione nota quod est calida et
sicca in 2o De operationibus nota quod non
fiunt vermes qualitercumque data Item
provocat urinam et frangit lapidem
renum et vesice Item provocat menstrua si
ieiuno stomacho pluribus diebus appli
cetur super femur mulieris Item
valet in colica quia resolvit infla
mationem ventris Item torrefacta et
posita in panno naribus valet in
coryza Item fit cataplasma ex ea
et radice yreos et prohibet aquam
ad oculum descendere Item applica
ta fronti removet dolorem frigidum
Item cum aceto mixta removet al
bas et deformitates faciei Item
decocta cum ligno pini et aceto valet
in dolore dentium perhibetur valet in scabie
ulcerosa quia enecat putridum et re
solvit apostemata dura et mitigat dolorem
emplastrum Item valet contra febres
frigidas et multas secundum quosdam
Et ipsi dicunt quod multum quantitatis

eius assumpta inficit sine cali
ditatis et siccitatis et ideo dicunt dari 3 vel
5 Item suffumigium fugat venemo
sa Item valet in morsu rutele si te
neatur in ore vel applicetur Item valet
in asmate si cum aceto et melle mi
sceatur Item aperit opilationes intrin

Nitrum est bauracum terrae species
sunt et dicitur esse species salis quia
appropinquat sali in sua natura Et est
duplex naturale et artificiale na
turale reperitur ut alia mineralia Arti
ficiale est illud quod conficitur per artifi
cium Unde dicunt quidam aquam
et inspissatur et in nitrum convertitur Et
est duplex perfectum et imperfectum Imper
fectum reperitur in mineris et dicitur spu
mositas quedam in superficie mineris
maxime generatur in ea et hoc per
fectum est illud quod dicitur De complexione
nota quod est calida et sicca in 2o et siccitas
est maior calore quia devenit ad
3m gradum secundum quosdam De operationibus
nota quod cinulbus valet in surditate
aurium Unde dissolvatur in vino et gut
ta aure instilletur et valet in pruritu et
tinea Precedente tamen evacuatione vel
per se dissolvi cum oleo amigdalarum amare
Item mundificat sordiciem aurium
cum misceatur cum melle et imponitur
Item mixtum cum amigdala valet
contra morsum canis rabidi Item
nitrum ustum valet contra fungos et
sanguinem ... Item mundificat et
subtiliat humores grossos et viscosos
unde quod non ... propter quia ledit
stomachum et facit vomere et ideo non
debet dari nisi tempore urgente cum
ruta vel anis Item emplastrum
cum ... interficit vermes
Item emplastrum factum cum ficubus et
applicatum ventri resolvit ydropi
sim Item subtiliat capillos vel
per locionem purgantur pili Item
cum aqua tepida decorat faciem
mulieris sed vide ne ledat oculos
Item valet in paralisi unde asper
gantur membra Item rumpit a
postema vel applicetur Item valet
in pruritu Unde misceatur cum aqua
et abluatur locus Item valet contra
albaras et morpheam Item valet
in ulceribus fraudulentis quia re
movet carnem putridam et con
solidat et exsiccat hoc facit glaucium
Item valet contra scabiem unde cum
aliis confectis fit unguentum

Nix est res nota et est frigida et humida in 4o. De proprietatibus nota quod aqua eius potenter sedat dolorem dentis causatum a caliditate. Item nivis … aqua eius valet in principio apostematum calidorum. Item … frigida generat … humores fluxus. Item causat aliquando stomachum astringendo vapores calidos inviscerans. Item nocet membris nervosis et vesice et ipsis renibus.

Nux est res nota. Secundum Avicennam est calida et in 2o sicca in 2o. Serapio dicit quod sit calida et sicca in 2o. De proprietatibus nota quod nocet super … propter eius caliditatem, et … eius est … Item nocet lingue quia … et pustulas … propter acuitatem eius, et si cum sale comeditur hoc non facit. Item est dure digestionis et nocet stomacho. Item cum ficubus et ruta valet contra venenum. Item … morsum canis rabidi cum sale et cepe fit emplastrum et morsu hominis. Item nux recens cum melle mixta delet cicatrices vulnerum. Item cinis corticis eius facit crines nasci. Item pulvis corticis eius restringit fluxum sanguinis et … cum aliis appropriatis nasale. Item pulvis eius consolidat. Item si … cum melle removet … apostematum. Item nuces causant … et faciunt tussim. Item … in … si cum vino et melle … Item … valent … per comestionem piscium.

Nux cipressi est fructus arboris que cipressus dicitur. De complexione nota quod est calida et sicca; sed doctores non graduant. Sed puto quod sit calida in principio 2i. De proprietatibus nota quod potenter valet in rupturis et hoc ratione a proprietate vel qualitate. Item restringit fluxum … et excitat … superfluas … unde fit suffumigium cum aliis appropriatis. Item … in fluxu ventris causato ex flegmate … viam emplastri cum aliis appropriatis. Item valet in dolore … cum appropriatis.

Nux enden vel nux andem est … cuius color est albus tendens ad citrinitatem et crescit in partibus ultramarinis et ex ea cum melle et aqua fit potus … De complexione nota quod est calida et humida in 2o. Serapio tamen dicit quod sit calida et humida in primo, hoc tenent. De proprietatibus nota quod multiplicat sperma et incitat ad coitum, ex quibus infertur quod est calide complexionis. Item corpus impinguat et libidinem corroborat.

Nux thamarisci est fructus arboris que thamariscus dicitur et assimilatur nuci cipressi. De complexione nota quod est calida in principio primi, sicca in fine primi. Serapio dicit quod sit sicca in principio 2i. De proprietatibus nota quod decoctio eius in aceto valet in dolore dentium … corrosionem … Item decoctio cum vino et aceto fit embrocatio super splenem. Item pulvis eius restringit sputum sanguinis et fluxum sanguinis … et … mulier sedeat in decoctione eius. Item valet in superfluitate menstruorum … et fluxu. Item pulvis eius consolidat ulcera et maxime … unguentum … consolidat et removet … putrida.

Nux indica est fructus arboris que … quarundam insularum vocatur. De complexione nota quod est calida in 2o, humida in primo secundum Avicennam, et … eius cognoscitur ex quadam humiditate quam invenimus in cortice qui … De proprietatibus nota quod est … aliqualiter, unde est … et habet corticem interiorem qui non digeritur … removet … Et comeditur cum zucaro vel melle. Item auget coitum. Item … est melior usui humano … Item antiqua … interficit vermes et ascarides. Item … eius … et confortat vesicam.

Nux vomica est nux cuius color est inter glaucedinem et albedinem et est parum maior avellana et creatur in partibus maritimis. De complexione nota secundum Serapionem quod sit calida et sicca in 3o. De proprietatibus nota quod comesta … inducit vomitum. Item aqua decoctionis eius facit vomitum. Et similiter ex semine atriplicis fit decoctio cum melle et … ad … fit vomitus. Item si detur quantitas … ʒ i vel ʒ ii corticis … inducit vomitum et etiam solvit ventrem et educit … [illegible]

Nux methel vel nux methe est nux que assimilatur nuci super quam sunt spine aliqualiter parve grosse

et est inter vomice similis in quantitate
et figura et habet semen quod assimi-
latur semini eius. De gradu nota quod est
calidum in secundo siccum in 3o. De proprietatibus nota
quod est inimica cordi et nocet stomacho et cerebro
unde si detur 3 ƺ alicui statim in-
ducit ebrietatem propter nocumentum quod
inficit cerebrum et si detur ʒ j est vene-
num quia interficit sicut venenum in
una die

Oleandrum est planta
quedam cuius folia
assimulantur foliis
olive et habet ponticitatem in fustibus
suis. Et est duplex
domestica et silve-
stris sive fluvialis.
Silvestris habet flores
similes floribus portulace cuius folia sunt
stiptica et nascitur in locis desertis.
Domestica nascitur in rippis flumi-
num et folia eius assimilantur foliis oli-
ve veruntamen foliis salicis vel amigdali
et producit florem similem rose rubee
et producit fructum durum et cum frangi-
tur ad modum lane pilositas invenitur.
De gradu nota quod est calidum in 3o siccum in 2o.
De proprietatibus nota quod est venenum
hominibus caninis et aliis animalibus bru-
tis unde aliqui dicunt quod si daretur
cum ruta alicui ad bibendum valeret
contra venenum sed ego hoc non facerem
quia est periculosum. Item oleandrum sil-
vestris et folia fluvialis fugant pu-
lices et alios vermes qui generantur
in cornacie. Item folia eius vel eius in
aquis diversis emplastrata et in scrophu-
lis. Item folia valent in scabie quia
exiccant et resolvunt. Item folia em-
plastrata valent in dolore dorsi anti-
quo et in sciatica. Item flos eius
inducit sternutacionem. Nota quod non
est caveat tangere in tempore et absin-
dere lapillis cutellis et maxime
ignotas quia possent imprimere cutello
qualitatis venenose. Quod qui sim-
diceret cum cutello interficeret hominem.

Oleum balsami non est aliud quam
balsamum de quo dictum est in cap-
sinonima de b et reperiuntur ibi
nomina eius.

Oleum masticis est ca et sic. quia
mastix est ca et sic. habet virtute
pinguium masticis quod confortat sto-
machum fe et hu et digerit materiam fleumaz
in stomacho contentam. Vide in M.

pul olibani et pul cimini cum agelle incorpo-
r contusa super stupa canapi et applicat
super umbilico et e regione super dorso et hujus
extra si per puerpium ventris fine a malo
ibo veniat

Oleum terebentine est ca et sic. approprietur
quia confert cum rebus calidis ut mas-
ticis quantum grano masticis spica nardi
et aliis speciebus confortatiuis stomachi. Et
illud clarum sine speciebus est facit sed
cum speciebus est calidum et confortat sto-
machum a proprietate

Olibanum est gumma arboris que col-
ligitur tempore estatis facta incisio-
ne arboris fluunt lacrime ab
arbore qui exeunt olibanum dicitur. Et
plures sunt species. Unum est oliba-
num indie cuius color est color sma-
ragdi et illud omnibus est eminencius.
Et tale tenuissimum est pollum psbem
Scharinne hoc melissimum et fumus illius
est suavis et qui colligitur est triam-
gularis figure. Sed qui ponitur ad vas
agitatur et tunc angulares partes
removentur et erit figure rotunde. A-
liud reperitur in arabia et indiis est
albi coloris et rotunde figure difficil-
ter frangibile et qui frangitur tunc
ab intra apparet aureum. Alia spe-
cies est que est coloris rubei exterius
et est minus laudabile. Alia species
est que est parve quantitatis et assimi-
latur mastici et sophisticatur cum gum-
ma pino et cum gummi arabico et illud
cognoscitur ex fumo quia odor eius non
est ita suavis sicut olibani non
sophisticati. De gradu nota quod est ca-
in 2o sic. in primo. Unum eius est ma-
gis calidum. De proprietatibus nota quod ma-
xime consolidat vulnera. Unde in
pul. cum albugine ovi fit emplastrum
vel fit unguentum cum cera pul. eius
et rasina per emplastrum rasinum dicitur.
Item pul. eius valet ad granulatates
ulcerum oculi. Item restringit fluxum
sanguinis narium et cetera. Item valet in
sputo sanguinis. Item assumptum in par-
va quantitate removet fleuma et con-
fortat memoriam et pluribus testatum
sed in multa quantitate adurit san-
guinem interficit. Item vel in ulceribus
cum vino ex lacte fit lini tum
Item clistere factum ex eo removet et
consolidat ulcera intestinorum. Item pul.
eius mixtum cum aceto rosaceum in mapis lac
mamillarum. Item pul. eius et etiam
cortices eius positum in ulcera fraudu-
lenta et pariter deambulatorum eorum.
Item si ponitur in lixivio removet
furfures capitis. Item dissolutum
in aceto removet cicatrices vulnerum.
Item confortat stomacum infrigidatum

et precipue contra auris. Item confortat mem-
bra spiritualia quia confortat calefaciunt et ex-
iccat, sed nimius usus in multa quantita-
te nocet. Item fumus eius valet tem-
pore pestilencie.

Olive sunt fructus arboris note
ex quibus oleum fit. Unde nota quod
sunt duplices, quedam domestice
et quedam silvestres. Domestice sunt
fructus arboris domestice habentes
folia magna et grossa et arbor maior
est quam silvestris et fructus sunt ma-
ioris quantitatis quam silvestris. Et in
arbore producente olivas tria sunt
consideranda, ut folia lignum et fru-
ctus qui oliva dicitur ex quo fit oleum.
Et olive sunt triplices: quedam ma-
ture que sunt bone maturitatis, et que-
dam que sunt medie, et quedam
que sunt mature aliqualiter. Et sic
oleum est triplex: quoddam est inmaturum
olivarum et dicitur secundum medicos ole-
um omfacinum. Et est oleum olivarum
valde maturum et dicitur absolute oleum
dulce. Et medium etiam oleum dicitur.
De complexione nota quod folia et ligna ar-
boris olivarum sunt frigida et sicca complexionis
et maxime arboris folia sunt fri-
gidiora et sicciora. Sed de fructu
quia olive inmature sunt frigide et sicce,
sed mature ultime maturitatis po-
nuntur calide et humide. Oleum omfacinum
est frigidum et siccum in primo. Dulce vero declinat
ad humiditatem. Et medium decli-
nat ad temperamentum caliditatis et humi-
ditatis. De operationibus nota quod olive
inmature incitant appetitum et abster-
gunt. Ideo cum assantur dantur
confecte cum sale quia abstergunt
superfluitates stomachi. Verum sunt difficilis
digestionis. Sed mature ultime matu-
ritatis nocent stomacho et inducunt nauseam.
Oleum melius in via cibi quod com-
petit est omfacinum quod oleum est pro-
pinquius oleo rosarum quia prohibet
sudores si fit inunctio cum eo. Sed
non habetur oleum omfacinum capitur
oleum rosarum et inungatur corpus. Item
oleum olivarum bene maturarum cale-
facit et in via cibi nocivum cum dulcibus
intrinsecus est bonum intestinis. Unde
impedit vocem et [illegible] pulmonis
et maxime si cum rebus [illegible] as-
simulatur [illegible] que est [illegible]
modo si sumatur cum piscibus vel cau-
libus tunc inmiscetur cum [illegible] illo-
rum ciborum [illegible] dicunt eos
ad pectus. Unde tussis causatur. Sed
oleum quantum est de se mollificat et
calefacit et non congelatur vel pulmonem
sed nocet ratione illorum quibus additur
modo assata inducunt appetitum.
Item emplastrum ex foliis olive silve-
stris valet in herisipila et in ulceri-
bus fraudulentis. Item oleum de oli-
vis silvestribus inmaturis valet in sca-
biis et in vulneribus humidis a quibus
multa sanies exit. Item folia oli-
varum prohibent sudorem quia sunt
frigida et sicca. Item decoctio cum agresta
in modum pulmenti valet in dente cor-
roso. Item oleum omfacinum valet in
corrosione dentium et ulceratione gin-
givarum et corrosione dentium. Unde
teneatur in ore. Item fit emplastrum ex
eis cum melle et sale quod valet in com-
bustione ignis et mundificat ulcera
putrida et confert serpigini et sca-
biei. Item oleum valet in doloribus
nervorum. Unde abluatur et mitigat
dolorem quia per ablutionem partes
calide efferuntur. Item oleum ve-
terum confert dolori podagrico si non
habeatur tunc calefacit ad spissi-
tudinem mellis est simile oleo ve-
teri. Ad idem valet cum [illegible]
[illegible] et mitigat dolorem aliquando me-
liorem. Item valet [illegible] sit em-
plastrum cum [illegible]. Item gummi ar-
boris [illegible] et facit [illegible]
sive per se sive ab extra applicetur.
Item folia olivarum combusta assi-
milatur [illegible] et modicum [illegible]
dicitur capitur olla et impletur fo-
liis et ponitur ad fornacem et de-
coquitur et extrahitur et cum fuerit
[illegible] et iterum ad fornacem
ponitur et sic fiat sex vicibus talia
folia valent oculis ut tucia. Item
folia [illegible] per modum emplastri re-
movet sanguinem congelatum sub ocu-
lo. Item gummi olive abstergit
oculum et removet albuginem
[illegible] et prohibet fluxum ad oculum.
Item oleum [illegible] valet contra venena
nam detur ʒ vi cum aqua calida et
facit vomere venenum assumptum.
Item gummi arboris silvestris est
venenum, igitur domesticis gummi
arboris debet dari.

Opium est succus papaveris et papa-
ver est duplex: domesticum et sil-
vestre. Opium est succus domestici
sed silvestris. Et silvestre est duplex

quedam albi coloris et quedam nigri
De succo nigro fit opium Unde mercatores
[illegible] incisuras non profunde unam
per aliam et colligatur illud quod exit
Aliquando per caput papaveris semen et
exprimitur succus et hoc non est tante
virtutis ut primum Et aliquando sophisti-
catur cum succo memite et istud non
est bonum ut verum opium Et boni-
tas cognoscitur ex pondere Unde
debet esse gravius non fortis odoris
et tendere ad obscuritatem De gumme
nota quod est frigidum et siccum in 4o et non
multum transcendit primum Sic et quod est
venenum quod 2 vel 3 interficiunt Unde medi-
cum dicitur ad extra De proprie-
tatibus nota quod multum valet in prin-
cipio apostematum calidorum cum materia
incipit fluere et quod valet in obtal-
talmia calida Unde cum albumine
et aqua rosarum mixtum quia constrin-
git et excitat et prohibet fluxum materie
et mitigat dolores per viam stupe-
factionis Similiter valet illud idem
[illegible] in colica et podagra [illegible]
mitigat illos dolores Item pro-
vocat somnum Unde dissolvatur in
aqua rosarum et inungantur tempora
vino solo odor eius provocat somnum
Similiter loto capitis cum eo ad
idem valet Item misceatur cum
[illegible] et isto distillando [illegible]
removet zodam antiquam Item
excitat ulcera Item valet in tussi
[illegible] opium est frigidum in 4o stilla
sunt [illegible] pectoris igitur non valet
in tussi Dicitur quod opium valet in
tussi ex descensu catarri salsi
calidi acuti ex quo pluries accidit
tussis Unde teneatur in ore quia
prohibet descensum materie et sic re-
movet tussim Item suppositorium
ex eo factum facit somnum et illud
est certum Item valet in flu-
xu ventris cum facto ex materia calida
ta quia sua siccitate constringit
vias et sua frigiditate reprimit ca-
liditatem materie Item stomachum propter
debilitatem et relaxationem confortat Unde
debet linire super ipsum Item hy-
era est caput tristitiarum Unde de-
betur illi qui nimium assumpsit De

Opoponacum est gumma opis
arboris cuius folia assimilan-
tur foliis ficus et sunt folia a-
spera habentia sectiones extensas se-
cundum [illegible] ut cuminum et in summitate

habet stipitem quendam ad modum galbani
Et sunt ibi aliqua pilosa in quibus
est flos tempore suo citrini coloris bo-
ni odoris et semen eius est nigri co-
loris Unde ex illa arbore exit gum-
ma quam medici vocant opoponacum
Et colligitur ut galbanum et quod col-
ligitur est albi coloris sed quod extra
est nigri coloris Et bonitas cogno-
scitur ex hoc quia est faciliter frangi-
bile et intus albi coloris et ex-
terius citrini et quod ponitur ad aquam
cito dissolvitur Sophisticatur cum
armoniaco et aliis gummis et cogno-
scitur quod ponitur ad aquam non
cito dissolvitur nec est leviter frangi-
bile De gumme nota quod gumma est calida
et sicca in 3o Et cortex radicis eius
calida in primo et primus est albi coloris
et quod fit ferratio quedam tunc appa-
ret citrini coloris De proprietatibus nota
quod pulvis radicis eius valet in ulceri-
bus et vulneribus ubi ossa sunt denu-
data a carne et in omnibus ulceri-
bus fraudulentis Item radix suppo-
sita educit [illegible] et eadem facit gumma ca-
pitatum apostematum ad matricem sumpta
et facit abortum Item mollificat du-
rities apostematum et nodulos qui ad-
veniunt digitis pedum Unde ex eo fit
unguentum cum aliis appropriatis Item
valet in dolore colico et yliaco Item
valet in dyabetica passione Unde
detur in potu decoctionis Item si
cum melle misceatur valet in cre-
bro melo Unde apud illam arteriam reme-
nosa et trahit illam materiam ad extra
Item valet in sciatica passione Unde
fit emplastrum Item valet in dolori-
bus podagricis causatis ex fluxu fleumatis
ad loca Item removet duritiem
splenis Unde cum aliis appropriatis
fit emplastrum Item ex eo fit unguentum
unde ponitur ad impletum quod valet
contra duritiem splenis et sciati-
cam et alia Item removet rigo-
rem in febribus Item valet in
morsu canis rabidi Unde ex eo
et pice fit emplastrum super locum
Item bibitum cum aristologia rotunda
est tyriaca contra venenum Item valet
contra duritiem matricis et provoca-
tionis exhibitis per modum suffumigii
vel emplastri vel suppositorii Item
valet in tussi provenienti ex materia frigida et
Oxizacum est gumma non [illegible]

Otium et siligo est species ordei

zode

Domi suppo-
sitorium ex eo
et est certum

In fluxu
ventris

dto suprale
fato

et maxime siligo cum cortice Et
sunt doctores siligo est eiusdem opera-
tionis cum ordeo De complexione nota
quod est frigidum et siccum in primo De proprieta-
tibus nota quod est abstersiuum et mun-
dificatiuum Unde aqua eius abstergit
primum et decorat faciem mulieris
Unde subtiliat leuiter et abstergit fa-
ciem Item dat nutrimentum humanis
et bonum Unde multa fiunt ordei ex-
tractiua quamuis in nutrimentis frigidum et
siccum tamen est minoris nutrimenti quam
est triticum Unde si decoquatur ordeum
cum aliis humectatiuis et calefaci-
entibus puto quod deducitur ad quoddam
medium ut si decoquatur in brodio car-
nium tunc ratione aquositatis recipit
humiditatem et habet humectare et
ratione caloris calefaceret Aqua uero
eius dat magis uel minus de nutrimento
secundum quod magis uel minus de ordeo in
ea est Unde illa aqua cocta con-
uenit in febribus quia remittit ca-
lorem febris et humectat ratione a-
que et ordeum remittit acuitatem
aque Item ex farina ordei et uri-
na puerorum adhuc uel pulmentum
cum aceto fit emplastrum quod maturat
et digerit scrophulas Item ex
farina eius et [illegible] fit emplastrum
in doloribus stomachi calidis Item
farina eius cum aceto mixta re-
mouet scabiem Item aqua or-
dei confert in egritudinibus pe-
ctoris quia abstergit humiditates
et remittit acuitatem febris et
maxime calide Item decoctio eius fa-
cit lac exuberare Item emplastrum
factum ex farina eius et meliloto
et papauere remouet dolorem capitis
Item aqua ordei in febribus con-
tinuis debet sola exhiberi si sint
plura tunc detur ad sitim Item
furfur eius prouocat urinam Unde
decoctio eius detur patienti in
[illegible] plus valet
Origanum est planta cuius tres
sunt species Una est maior quam
communiter uidemus cuius folia assimi-
lantur ysopo Alia species est cuius
folia sunt maiora ad albedinem
declinantia Tertia species est cuius fo-
lia sunt prioris speciei similia
et habet stipitem valde subtilem
De complexione nota calidum et quod est ca-
et siccum in 2o Gerardus et B. dicunt
in 2o De proprietatibus nota quod valet

in corrosione dentium Unde masticatum
debet teneri in ore Item decoctio
eius prouocat menstrua simul bibitum cum
uino uel fit suffumigium Item pro-
hibet opilationem epatis Unde fit
sirupus quod valet ictericis Item
decoctio eius aperit opilationem splenis
Item succus eius cum oleo de [illegible]
attractus per nares educit flegma de ca-
pite Item succus eius cum lacte
remouet dolorem aurium si instil-
letur Item decoctio eius remo-
uet scabiem Unde est tyriaca apii et
gipsi et castorei nigri Item ualet
in morsibus venenosis Item in eta-
te senectutis educit [illegible] et colam
Item ualet in ydropisi frigida et humida
Item ualet epati et stomacho infrigi-
datis et humectatis Item ualet
in contractione lacertorum Item stomacho
eius ualet in doloribus intestinorum
Okalium est gemma quod assimi-
latur ciceri et hic dicitur [illegible]
allium De complexione nota quod 2m sunt
est frigidum et siccum in primo calidum et siccum in
2o De proprietatibus nota quod est
pulueris abstersiuum faciei Unde fit
[illegible] Item abstergit et exsiccat
ulcera et sic proprius consolidat [illegible]
[illegible] Unde crescit et po-
nitur in aqua et aceto et dimit-
titur ita diu quod cutis seu pellis eius
[illegible] tunc ponatur de aqua
et exsiccetur fit farina et valet
Item prouocat urinam Unde usus eius
frequens producit minctum sanguinis
Item decoctio eius remouet pru-
ritum corporis Item decoctio eius
applicata per modum emplastri prouocat
urinam Item remouet dracon-
cem [illegible] Item quod inseritur
cum melle abstergit faciem
et albificat et remouet maculas
Osifragus est auis que alio
nomine cauda tremula ap-
pellatur cuius venter bibitus mul-
tum valet in calculo secundum diuer-
sitatem Unde exsiccatur venter
et fit puluis qui cum aqua diu-
retica bibatur Item si assa-
tur et comeditur valet in colica
Osceatum est animal habens
testam [illegible] quod re-
peritur potissime in aqua et dicitur
alio nomine limaria sine cornibus
Olla sunt res [illegible] De quibus dicitur de
llote De complexione nota quod sunt

fri. et sic secundum diversitatem avium
ossa enim avium calidorum minus fri-
gida sunt quam ossa avium frigi-
diorum. Patet de proprietatibus nota
quod ossa humana habent magnam pro-
prietatem in epilepsia unde secundum Galienum quando
exsiccantur pulvis in aqua et maxime
calvarie et sanavit epilepticos. Item ossa
adusta valent in ulceribus plurime
humiditatis quia exsiccant. Item pulvis
cornu cervi excitat coitum quod
pulvis cum sale datus removet du-
ritiem splenis. Item pulvis eius
restringit fluxum sanguinis undecumque
quam eliminat et maxime ventris. Item
calcaneus porci pulverisatus removet
albuginem. Item pulvis ossium est abster-
sivus unde abstergit faciem mu-
lieris. Item os de corde cervi quod
in corde cervi invenitur ad modum
cartilaginis valet in debilitate cor-
dis et in passione cordiaca in sin-
copi et tremore cordis et reddit
hominem longe vite unde alio no-
mine os longe vite dicitur.

Ovum est res nota et meliora
pro usu humano sunt ova gal-
linarum perdicum, pavonum, phasia-
norum, pavonum, columbarum.
Dubitatur utrum ova galline
calcate super quas gallus actum
venereum exercuit sunt meliora
non calcate dicitur quod sic et hoc
est propter permixtionem spermatis galli
etiam illa valent pro generatione
pullorum et alia non. Unde ova
galline actu calcate sunt me-
liora quam eius que ante ovum fuit
calcata de complexione quod declinat
ad temperamentum. Cum sim. aer declinat
ad caliditatem. Et nota
quod in ovo sunt tria: testa, albu-
go et vitellum. Vitellus temperatus
est et humide complexionis. Testa fri. et
sic. Potest tamen dici quod totum o-
vum cum testa sit fri. complexione
a predominio quia caliditas vi-
telli excedit frigiditatem albuginis.
De proprietatibus nota quod ova sorbilia
recentia dant multum de nu-
trimento et multiplicant. Decoquuntur
vero in aqua per elixationem. Ali-
qui in aqua prius bulliunt 20 assa-
tur et melior modus est ut de-
coquantur in aqua mediocri et
multum quia caliditas naturalis
eius sic magis confirmatur et cocta

in nutrimentum convertit. Albugo est
durior digestionis et vitellum est ma-
ioris nutrimenti. Ova indurata non
sunt laudabilia sed comparanda non
possent nimis decoqui quod essent
venenum et dat salutem est non de-
bent assumi a quibuscumque quia
non a febricitantibus quia conver-
terentur in fumum de facili nec ab
exercitantibus nec colericis nec tempore
magni estus quia per caliditatem cito
putrefiunt. Item recentia sunt re-
centiora de tanto meliora quia
quando antiquantur caliditas eorum
naturalis corrumpitur et advenit ca-
liditas que est preternaturalis que
est causa putrefactionis. Item in
excoriatione vesice et renum quia
mitigant materiam ne causet ulce-
rationem. Item albugo valet in
combustione et plurium adustiones
solis et lenit cutem et rugositatem.
Item valet in alopitia. Item
conglutinat pilos sulphurearum in
usum unum cum oleo olivarum applicatur et
etiam plurium fluxum materie ad ocu-
lum et confortat oculum. Item
ex ovis et aqua ordei fit clistere
in ulceribus vesice. Item ut albu-
in fluxu sanguinis narium si additur
bolus armenus sanguis draconis et
terra sigillata et applicetur fronti.
Item valet in scintillatione oculi
si instillatur cum aqua rosarum et lacte.
Item ova frixa ventrem constrin-
gunt si decoquantur cum aceto
et dentur patienti. Levia sunt.
Item mollia mollificant canna
pulmonis et valent contra aspe-
ritatem vocis. Item levius stom-
achi valent in ethica. Item
vitellum ovi valet in sputo san-
guinis. Item ovi anseris cum suo distil-
letur in aureum mentem et puer
in per eundem diem. Item omnia ova
provocant coitum atque incisiva
quia dant multum de nutrimento.
Item vitellum ovi applicatum ocu-
lo removet rubedinem oculi et etiam
sanguinem coagulatum sub oculo. Item
vitellum ovi assumptum prohibet
fluxum sanguinis et etiam emissionem
sanguinis.

Ozimum est basiliton et est du-
plex gariofilatum et non garo-
filatum. Gariofilatum est cuius
folia sunt parva et assimilatur in

odore gariofili. sed folia non gariofili non. De complexione nota quod utraque est calida et sicca in 2o et habent contrariam dominam nigri coloris pre quantitate. De operationibus nota quod ciminum gariofili convenit stomacho frigido et capiti frigido et convenit cordi et ideo in cordiaca suspensione. Item aperit opilaciones narium causatas a flegmate et sic confortat cerebrum. Item aufert ventositatem quia est res cordialis. Item ciminum gariofili iuvat ad digestionem quia est calidum et confortat stomachum unde est dare digestionis. Item oleum et non gariofili provocat urinam et lac. Sed multus usus eius minuit visum et inducit obscuritatem visus et ideo solitarie non debet dari sed debet misceri cum salvia [?]. unde talis acuit visum potenter que aufert nocumentum cimini. Item non debet sumi multa quantitas eius quia est dure digestionis. Unde dicunt aliqui quod si aliquis comederet ciminum et scorpio illa die eum pungeret non evaderet puncturam illius. Et dicitur si ponitur sub lapide per aliquot dies ad solem fit ex eo scorpio. Et in eo sunt due partes quedam intrinsece et quedam subtiles et si detur cum illis partibus viscosi tunc solvunt sed si auferantur ab eo lotiones tunc constipat ut caulis [?]. Item amur ca pini [?] pluribus vicibus assumere ciminum et in magna quantitate quia generat malum lac ut ex dictis

Palma est arbor que dactilos producit et habet plures partes. cortices extremitates ramorum et fructum in quo sunt ossa dactilorum. De complexione nota quod est frigida et sicca in primo. fructus dactili est siccus in fine primi et frigidus in primo. cortex est maioris siccitatis. Ex extremitatibus palme fit fructus qui etiam est frigidus et siccus et est valde consolidativus retentiva [?] collectiva [?] propter tenacitatem quandam quam habet. De operationibus nota quod dactili qui non sunt maturi tunc sunt rubei et pontici sed qui maturi sunt tunc remittitur ponticitas. Et debent colligi immaturi et postea remitti maturi fiunt ut [illegible] et iste modus maturacionis sentitur qui dent dum remote. Et si aliquis comedit multum de eis inducunt dolorem capitis similem dolori ebriorum. Item restringunt fluxum mulieris ad menstrua. Item valet in sputentibus sanguinem. Item valet in doloribus vesice et excoriacionibus intestinorum. Item decoctio eorum ventrem restringit. Item dactili valent stomacho relaxato et supracalefacto quia stringunt et refrigerant. Unde quod sunt dure digestionis et non dant bonum nutrimentum. Item decoctio eorum [illegible] tussi et proprie maturacioni. Unde habent quasdam partes dulces que fundantur in re subtili. Item immaturi valent in intestinis relaxatis quia sunt stiptici. Item ossa dactili si comburantur et extinguantur in aqua rosacea prout [illegible] tunc quia abstergit caliginem oculorum et removet rubedinem eorum. Item consolidat valde ulcera fraudulenta. Item decoctio dactili denigrat capillos. Item cortex palme ustus et pulverisatus valet in ulceribus et vulneribus unde curat sine mordicatione. Item arbor palme producit semen quod est simile in virtute dactilis. et quia palma debet producere fructum primo producit florem ex quo fiunt pigmenta quia est dulcis et boni odoris.

Panax asclepii est planta cuius folia assimilantur foliis maratri et habet stipitem in cuius medio sunt virgulte quedam in quorum extremitatibus proveniunt flores aurei coloris. Et habet semen parvum acutum cuius odor est bonus et suavis et habet radicem amari saporis. Et istam plantam dicunt aliqui esse origanum silvestre. De complexione nota quod est calida et sicca in 2o. De operationibus nota quod [illegible] radix eius attrahit flegma de capite. et si ex succo radicis fit caputpurgium educit flegma de capite. Item semen et flos eius valent morsibus animalium venenosorum. Unde [illegible] cum oleo [illegible]. Ad idem valet decoctio eius in vino bibita. Item flos et semen

marinat ulcera et vulnera unde fit
puls qui imponitur vulneribus. Item se-
men et flos applicata prout in pas-
sionibus capitis dependentibus a
materia frigida quia capud confortat
exsiccando et calefaciendo.

Panis est res nota qui melior
existit eorum quae communiter fiunt pa-
ne triticeo et de illo panis fit
mencio potissime quia inter panes
quosdam quoniam melior est triticeus
quia inter omnia grana granum
tritici est laudabilius quia habet
complexionem magis conformem complexioni hu-
mane quam aliud granum. Hec Y-
saac in dietis particularibus. Deinde
nota quod est calidum in 2o et humidum. Et tri-
ticum non ponitur nisi calidum et hu-
midum in primo. Sed panis ponitur ca-
lidior quia in decoctione acquirit
aliquem gradum caliditatis. Ergo pa-
nis triticeus est calidior tritico.
Unde etiam induunt in processu suas di-
spositiones. Cum igitur aliquis
ligat in partem tunc induit cali-
ditatem ultra caliditatem quam
habet ut est de tritico. Unde patet quod
est fortior quam triticum. Item pa-
nis est triplex. Quidam calidus
qui actu de fornace extrahitur
qui est multum inflativus et facilis
digestionis sed ille non est assumen-
dus quia destruit caliditate sua
et per destruit digestionem eius. Sed
panis laudabilis est qui est 2i
diei vel 3ii. Sed panis antiquus
difficulter digeritur et constipat quia
est nimis exsiccativus. Item pa-
nis qui fit ex tritico novo me-
lior est quam qui fit ex tritico an-
tiquo dummodo tamen fit bene exsicca-
tum quia minus nutrit et ma-
gis impinguat. Item aliquis fit
panis ex farina noviter mollita
et ille calefacit et aliqualiter ex-
siccat quia per motum contricionis
fit aliqua caliditas in farina an-
tiqua illa non perdidit illam ca-
liditatem impressam. Sed farina
medio modo se habens quo ad
mollicionem, medio modo se habet
ad caliditatem impressam et de ea
panis fit melior. Item aliquis
fit panis ex farina optime et
essencialiter mollita, quia aliquis
panis est bene trita et aliqua
est grossa, modo panis factus
ex prima farina est melior quia non
molliter agit in illas partes uniformiter.
Item ratione quantitatis etiam panis
diversificatur, quia aliquis est valde
magnus et ille non laudatur quia
medulla interior non ita bene potest
decoqui sicut quando esset mediocris
quantitatis. Unde in medio est viscosus. Et
aliquis est panis parvus valde et
ille non laudatur quia mica interi-
or nimis exsiccatur cum parte exterio-
ri. Sed mediocris quantitatis lauda-
bilior existit quia eius partes de-
bite possunt decoqui. Item pa-
nis diversificatur ratione commixtionis. Ali-
quis est cum fermento et sale mix-
tus. Et aliquis est valde fermen-
tatus et salitus. Et aliquis est azimus
non fermentatus et salsus et iste pre-
bet nutrimentum valde viscosum et est
difficilis digestionis, et de illo non
debet uti nisi ille qui eget forti ex-
ercitio et est viscosus quia in illo
non est fermentum, quia ipsum est
purificans substantiam panis, quare
caliditas per eius viscosam fa-
ceret exalare. Item valde
salsus et fermentatus non lauda-
tur. Sed mediocriter salsus et fer-
mentatus laudatur pro conservatione sanitatis.
Sed panis diversificatur quia aliquis
fit ex mera farina et aliquis ex fa-
rina et furfure, et primus dat nutri-
mentum melius et est facilioris
digestionis. Quartus dat modicum
nutrimentum et est difficilis diges-
tionis. Unde quod abstergit ratione fur-
furis. Item panis diversificatur ratio-
ne decoctionis, quia aliquis
pistatur sub cineribus, aliquis in
furno et ille est potior. Et pri-
mus debilitat visum quia in eo
sunt aliquae fumositates incluse.
Et aliquis coquitur superius in
instrumento ferri et ille non laudatur
quia non habet debitam [illegible]

De proprietatibus nota quod emplastrum
factum ex mica panis et oleo appli-
cato vel pinguedine porci mollit
apostemata. Item ex mica panis cum
lacte caprino fit emplastrum quod
applicatum faciei dealbificat et
decorat faciem. Item emplastrum fa-
ctum ex mica panis et sale et ace-
to removet serpiginem quia ratione
fermenti fit attractio et ratione
salis exsiccat

ff c

Panicum [margin]

Panis porcinus est ciclamen
Panicum est granum quoddam si-
mile milio secundum vero cortitem diuersi
De complexione nota quod est frigidum et siccum in se-
cundo De proprietatibus nota quod est di-
re digestionis et parum nutrimenti quod
in uel cibi modicum valet Item
prouocat urinam et hic constringit aliquantu-
lum propter caliditatem in primo existen-
tem Item removet dolorem sto-
machi cum pone in sacculo

Papauer est planta quedam
in cuius summitate sunt capi-
tella in quibus est semen quod sim-
ter papauer nominatur Cuius due
sunt species scilicet campestre et or-
tense Ortense est albi coloris Et
campestris sunt tres species Est enim pa-
pauer campestre vno amittit vel
nigri coloris Tercium est quedam
species papaueris que secundum Dioscoridem
crescat circa mare in locis petris
aridis et producit in summitate te-
gas curuatas ad modum cornu et
in semen parue quantitatis asperum
Quartum species est Spinosum
est in cuius foliis sunt spine que-
dam et producit capitellum in quo
est semen et dicitur spinosum quod
planta est spinosa De complexione nota
quod album est frigidum et siccum in 2o Ni-
grum in 3o Galienus dicit quod in 4to
De proprietatibus nota quod papauer
est res inducens sompnum unde
in ytalia faciunt due lac de al-
bo et dant pueris non potentibus
dormire Sed non dant nigrum propter
intensam frigiditatem secundum quod dictum
in prima quantitate Item decoctio
facta ex semine papaueris cum corti-
cibus inducit sompnum cum lauen-
tur caput hec ego soleo mittere
fieri in febribus acutis in quibus
vigilie consistunt Item flores pa-
paueris si teruntur et fit puluis abster-
git albuginem oculorum Item deco-
quitur papauer in aqua ad con-
sumptionem medietatis et fit colla-
tura et imponitur mel et coquitur
usque ad spissitudinem fit lohoc quod
valet in tussi proueniente a materia ca-
lida fluente ad pectus et contra fluxum
u reumaticum Similiter decoctio
eius si cum ea misceatur yppoquin-
stidos uel acacia Item decoctio
eius valet in fluxu ventris pro-
ueniente a materia calida quod remittit

acuitatem eius Item valet dolori
podagrico proueniente a materia calida vn-
de emplastrum cum lacte et facto Item
si contundatur et folia et cum oleo
rosato uel violato fit emplastrum in-
ducit sompnum Item ex papauere nigro
fit opium et qualiter fit dictum est
de opio in o i Item radix papaueris
cornuti valet in dolore sciatico vn-
de fit decoctio Item eadem decoctio
valet in passionibus epatis quia
in eo est subtiliatiua et quod deopilat
epar Et dicit Serapion si capitellum papauer spi-
nosum et decoquatur et detur
decoctio eius et faciat vomitum
multum valet Item papauer cornu-
tum valet in vulneribus fraudulen-
tis quia abstergit et non facit
malas carnes putridas crescere
et potenter exiccat et consolidat Item
papauer album datum cum aliis
appreciatis auget sperma Vinum enim et
usus eius assumit coytum

Papauer rubeum est planta habens
folia similia foliis coriandri
et habet stipitem grauem et in summitate
stipitis est flos rubei coloris et
aliquantulum albi coloris et est capitel-
lum quoddam quod assimilatur capi-
tello papaueris secundum eius ...ineo et
circa radicem stipes est rubei
coloris Et sunt due sue species
scilicet domesticum et siluestre Dome-
sticum habet unam radicem tamen parue
quantitatis Siluestre dicit a domestico
quia folia eius sunt ma-
iora latiora et duriora et habet
habet radices plures subtiles
De complexione nota quod est calidum et siccum in primo
ex hoc sequitur quod papauer rube-
um non est species papaueris quia
papauer est frigidum secundum quod propter ca-
pitella simile est papaueri De pro-
prietatibus nota rubeum maxime flo-
res et folia potenter consumunt
Item folia eius et flores mix-
ta cum melle mundificant vulne-
ra et ulcera fraudulenta Item
emplastrum factum ex foliis et floribus
valet in contusionibus et inflacio-
nibus quia resoluunt Item vel eius
emplastrum in dolore oculi prouenien-
te ex fluxu materie frigide

Papirus est planta quedam que
in paludibus crescit antiquitus
ex ea carta conficiebatur in papi-
rus dicitur secundum proprie est planta

et hodierna die in allexandri
cathia sit. De hone nota que ca.
et sic in primo g. De proprietatibus nota
quod puluis eius multum consolidat vul-
nera recencia. Item cinis papiri
valet ad idem vnde ponatur mate-
to et papea remouet arcium et ite-
rum generatur puluis vel in fistula. Item
puluis restringit fluxum sanguinis narium.
Item vel cinis in fronte sanguinis.

Paritaria est herba que alio
nomine vitriola dicitur quia
abstergit vitrum et resoluit in pa-
rietibus muri. De hone nota quod est
ca. et sic in 2o. De proprietatibus nota
quod medicina est conueniens difficul-
tati vomendi. Vnde decoquitur in
vino et applicetur ca. pectori et
renibus. Etiam si assumitur ad in-
tra valet. Item remouet dolores
stomachi et viscerum causatos ex frigiditate.
Item fiat decoctio cum furfuribus
et applicata. Item valet in infla-
tura gremii vel ventris.

Passule dicuntur esse vue parue
exsiccate. Et aliquam habent nomen
passule extendit se ad alienas
vuas exsiccatas ultramarinas.
Quedam vue sunt magne quantitatis
et habent carnositatem magnam et carent
granis et vocantur zibibi. Ali-
que cum habent quod sunt magne quanti-
tatis habent grana in substantia earum.
Alique sunt parue quantitatis et ca-
rent granis et alique habent gra-
na. Ex parte passule sunt vue ul-
tramarine siue qui habeant gra-
na siue non et que sunt ex
vuis here matriciis dicuntur
passule. De hone nota quod passu-
le proprie dicte secundum Serapionem sunt
ca. et sic. in primo. Vnde grana
vue dicuntur frigida et sicca. Cortex
etiam ponitur fri. Humiditas in passu-
lis est quedam carnositas que
est ca. et hu. Ergo si aliquis di-
ceret quod essent hu. complexione hoc
intelligeret de illis que haberent
magnam carnositatem vel que
granis carent. Passule igitur
que sunt bene exsiccate preter
carnositatem in quibus sunt gra-
na. ille sunt ca. et sicce in ii°.
Ysaac dicit quod sicut ficus sicce sunt
dicuntur esse sicce ratione humiditatis et
non exsiccationis, ita passule exsi-
ccate ratione non exsiccationis dicuntur sicce.

De proprietatibus nota quod sunt digestiue di-
gestiue et maxime sumpte cum cor-
tice et granis et dant nutrimentum
satis conueniens non tamen multum no-
tabile. Item leniunt carnem pul-
monis et digerunt materiam in pectore
existentem. Dicit A. passule sunt sicce
igitur non leniunt. Dicendum quod aliqua sicca
sunt leniencia. Vnde licet passule
a radice sunt sicce complexione tamen po-
ssunt pectus lenire quia carnositas
est subtilis. Cuius virtus ad pulmo-
nem potest peruenire igitur leniunt
et commendatur in excoriacione ve-
sice debent dari ante prandium
quia carnositas sua mitigant dolorem.
Eadem de causa valent in dolo-
rem renum. Item valent in excoriatione
intestinorum et debent comedi cum
corticibus et granis. Item applicate
cum aliis appropriatis digerunt ma-
teriam in pectore contentam. Item em-
plastrum factum ex eis cum appropriatis va-
let in podagra. Item emplastrum factum ex
eis cum farina fabarum valet in
tumefactione testiculorum et in apostema-
tibus eorum. Item si cum melle pi-
pere et cum misceantur et tenea-
tur in ore educunt flegma de capite.
Item in febribus cum siccitatem
debent dari sed prius in aqua de-
bent humectari. Item emplastrum factum
ex eis et cuthia remouet apostema que
clauus dicitur et habet aperta aliquando no-
mina in facie et tunc multum valet.
Item que sunt optime exsiccate con-
fortant stomachum et prohibent vomitum
colericum. Item emplastrum factum ex vuis
immaturis stringit ventrem.

Pastinata ortensis in littera P B.

Pellis est res nota. Nam est illud
extrinsecum quod paliat siue tegit
animal. Et secundum diuersitatem animalium di-
uersificatur pellis et est diuersarum
naturarum. quare complexio non est danda.
De proprietatibus nota. Pellis in
via cibi non valet quia est dure
digestionis et dat malum nutrimentum.
Item pelles magis conformes nature
hominis sunt ouium et agnellorum quia
habent magnam conformitatem cum dis-
positione humana. etiam non tamen
exsiccant sicut pelles luporum. Item
pellis serpentis combusta et cum
alio appropriato fit linimentum valet in
allopicia. Item pellis eorum ca. po-
sita super morsum serpentis attrahit

venenum. Item pellis arietis no-
uiter excoriati valet in contussioni-
bus et percussionibus. Item pulvis
factus ex pelle arietis combusta vel
ex pelle bovis vel calceorum consuetu-
dinum valet in combustione ignis.
Idem valet ad consolidandum vulne-
ra. Item suffumigatio facta ex cor-
rigio maxime caprae fugat alia
venenosa et serpentes. Dicunt ali-
qui quod pellis asini combusta in-
ducit epilepsiam. Dicunt tamen aliqui
quod pellis asini in fronte epilepti-
cis curat epilepsiam.

Pentadactylos dicitur esse cortex que-
dam facta ut plurimum ex pulvere
zuccari. Unde decoctio aliqualiter
facta pulvis zuccari quousque impis-
satur trahitur ita diu quousque
dealbatur postea scinditur cum
forcipe ut patet in apotheca. De
gradu nota quod est calida et humida in primo.
De proprietatibus nota quod valet in tussi
sicca et frigida. Unde dilatat spiritualia
que sunt exsiccata facit. Item aliqua-
liter laxat ventrem sua humi-
ditate. Item dissoluta in aqua
decoctionis valet in febribus ca-
lidis unde fit lenitivum. Item mi-
tigat sitim.

Pentafilon est herba habens quin-
que folia et ideo dicitur penta-
filon. penta quinque est quinque et
filon folium. Habet virgam rectam ad
quantitatem unius aut duarum pal-
marum et radicem tendentem ad
quandam rubiditatem que longi-
or est radice ebuli. De gradu
nota quod est calida et sicca in secundo. Un-
de virtus est maior radicis. De
proprietatibus nota quod habet proprietatem
curandi tertianam et quotidianam
unde quartanam recipit quatuor
folia. De mane cum medietate vi-
ni et piperis. In tertiana tria fo-
lia in quotidiana unum et est
expertum. Item decoctio eius valet
in omni dolore dentium sed radicis
si materia est frigida fit decoctio cum
vino. si calida cum aqua. Item de-
coctio radicis eius valet in asperi-
tate gutturis et removet raucedinem
vocis. Item emplastrum factum ex fo-
liis eius removet duritiem apostematum
glandulas et scrophu-
las vino etiam removet duri-
ties existentes in intestinis et duri-
ties existentes in vulneribus fraudulentis.
Ad idem valet pulvis foliorum eius
et in fistulis fraudulentis. Item
succus eius valet in opilatione epatis
et in ictericia. Item contra venenum
bibitum valet. Item folia deco-
cta cum aceto et applicata per mo-
dum emplastri removet scabiem.

Peonia est planta satis nota
crescens quasi dispalmans cum fo-
liis longioribus et floribus ma-
gnis rubeis. Cuius due sunt
species. Una dicitur masculus. alia fe-
mina. Masculus habet radices gros-
sas ad quantitatem unius digiti et
sunt albi coloris. femina habet mul-
tas radices lineas grossas non
grossas. De gradu nota quod est calida et
sicca in fine secundi gradus. De proprietatibus
nota quod habet proprietatem in epilepsia unde
contra iudeum B. expertum est quod pu-
er epilepticus habens peoniam collo sus-
pensam non habuit paroxismum. sed quando re-
movetur tunc incurrit paroxismum.
Item semen radix et folia valet
in epilepsia. Unde recipiat epilepticus tria
grana cum vino vel mellicrato.
Ad idem valet decoctio eius. Item
peonia bona illa habet proprietatem
fugandi demones. Item abstergit ma-
culas nigras in corpore existentes.
Item grana valent in fluxu ve-
tris. Item provocant vomitum et strin-
git ventrem. Item provocat cum um-
bilico apposita et subfumigata mat-
ricem educendo menstrua fluxas.

Persica est fructus notus et habet
nomen a regione persie recce-
pit. De gradu nota quod est et frigida
sunt frigida et humida in primo. Augeat
quod sunt humida in primo matura sunt
humida non matura sunt siccata
et non ita humida. De proprietatibus
nota quod dat malum nutrimentum et
assumpta cito putrefiunt. Propter
quod cura est vitandum. Item con-
fortant stomachum et eius appetitum
sed debent assumi ante assum-
ptionem aliorum ciborum. et hic ideo
quia tunc non cito putrefiunt
si post alios cibos cito putrefiunt.
Item molliunt ventrem sua hu-
miditate. Item matura pulverisata
et cribrata restringit fluxum ve-
tris. Item succus eorum interfi-
cit vermes aurium. Unde ex foliis
cum extremitatibus ramorum

fit emplastrum super umbilicum quod interficit vermes

Pes columbinus est planta que dicitur amomum in partibus ultra marinis reperta secundum Serapionem. De qua est dictum. De a aliquid tractatur planta que hic reperitur et de illa mentio est dicta. De complexione nota quod est calida et sicca in 2° [illegible] a

Pes corvinus est planta habens folia similia foliis apii unde sunt modica habens radicem ad modum avellane. De complexione nota quod est calida et sicca usque ad 2m gradum. De proprietatibus nota quod decoctio radicis eius valet in colica et propter eorum loca hemoroidarum. Item emplastrum ex foliis et radice ulcerat et inducit vesicationem unde fit cauterium ex eo. Item expellas ranas de ventre vel de alio loco.

Pes leporis est garciofilata [illegible]

Pes vituli est dragunthea

Petroleum est liquor [illegible] quendam super lapidem mediterraneum et dicit Platearius quod generatur ex pinguedine terre cum aquositate tamquam ex materia et caliditate forti solis. Et dicunt quod est duplicis coloris ut album et nigrum. Unde quod apud nos non reperitur sed loco eius recipimus oleum benedictum. Nam dicitur petroleum quasi oleum sumptum de petris i. lapidibus quia ex tegulis. De complexione nota quod est calidum et siccum in 4°. De proprietatibus nota quod maxime valet in doloribus [illegible] ex materia frigida ut paralisis stranguria quia est maxime penetrativum. Et quod est album citrinum est melius quam nigrum quia est magis penetrativum. Unde educit [illegible] unde fit suffumigium et valet pro surditate [illegible]. Item valet in [illegible] unde distillentur modicum per cannulam argenteam [illegible]. Item in dolore aurium [illegible]. Item valet in dolore stomachi a materia frigida vehementi unde liniatur stomachus. Item maxime valet in calculo [illegible] et tunc datur modica quantitas [illegible] unde frangit lapidem. Item valet in asmate unde fit [illegible] in unctio. Item valet in puncturis venenosorum. Item valet in doloribus colicis et yliacis quia intus resolvit et calefacit. Item pluribus nocumentis provenientibus ex frigore. Item valet contra paroxismum febrium unde inungatur spina dorsi in quartana et terciana.

Petrosilium al. petrosilinum est planta nota cuius usus communis est. Et est duplex domesticum et silvestre et radicibus utimur in medicina et herba semen plus in quantitate in [illegible]. De complexione nota quod est calidum et siccum in 3°. De proprietatibus nota quod est diureticum et urine provocativum quia aperit et dilatat vias urinales. Item valet calculosis semen sumptum cum cibis suis et idem operantur radices et folia. Et nota quod radices sunt diuretice digestive et dant grossum nutrimentum et ideo non debent uti a calculosis sed solum herba eius et semen pro remedio. Item semen [illegible]. Item removet ventositatem stomachi et intestinorum. Item folia eius [illegible] per modum emplastri vel fomentationis [illegible] et pudibundorum valet in difficultate urinandi. Et semina sunt fortioris operationis quam radices et folia eius. Item semen et folia digerunt materiam flegmaticam unde competit illa in opilatione epatis et splenis. Item petrosilium silvestre est fortioris operationis quam domesticum. Item semen valet in colica quia subtiliat digerit et resolvit. Item fit sacellus ad locum doloris calidum. Item decoctio eius valet in colica etiam si proveniat a materia calida quia aperit et subtiliat et non est minus fortis caliditatis.

veleny korzeny sed [illegible] a

Pe[illegible] est planta habens asperitatem [illegible] et assimilatur [illegible] vel marrubio et herba [illegible] patella [illegible] pinguia radix [illegible] radix est nigri coloris unde [illegible] etiam a planta que [illegible] et radix [illegible] valet [illegible]. Et nota radicem aliquando [illegible]. De complexione nota quod est calida et sicca in 2°. De proprietatibus nota quod secundum G. succus eius impositus dentibus corrosis subito removet eorum dolorem. Item removet du

Kerß worcz

ricem splenis quia subtiliat et mol-
lit splenem Item mundificat et ab-
stergit quo ad vulnera fraudulentia
valet Item valet in paralisi tremo-
re et spasmo et sciatica si misce-
atur oleo rosarum et aceto Item vinum
decoctionis eius valet in doloribus
pectoris ex materia frigida et viscosa Item
valet in dolore capitis antiquo pro-
veniente ex materia frigida unde misceatur
succus eius cum oleo rosarum et inun-
gatur caput Item valet in asma-
te unde detur in via cibi vel fiat
suffumigium ex eo Item suffumi-
gatio facta ex eo fugat veneno-
sa Item pulvis radicis eius mundifi-
cat et abstergit et incarnat ulce-
ra fraudulenta Item illi qui col-
ligunt pentadonum incurrunt obscu-
ritatem visus et dolorem capitis
Et ideo debet inungere cum oleo rosarum
caput faciem et manus Item gum-
ma vel succus eius valet in difficul-
tate partus et in dolore matricis unde
fit decoctio in qua sedeat mulier

Pentadonum est planta que ali-
o nomine dicitur petrosilinum por-
rinum et maxime crescit in multis
stipitibus [illegible] folia parva quam quer-
cina lenia et bene odorifera et fo-
lia eius assimilantur foliis petrosilini
et radix est valde magna qua
cum medici utuntur in receptis
De complexione nota quod est calida et sicca in fi-
ne 2i De operationibus nota quod est diure-
ticum aperitivum unde decoctio eius
provocat urinam Ad idem valet suffumi-
gium Item decoctio eius valet in
stranguria et difficultate urinandi
Ad idem valet balneum de eo factum
Item decoctio eius valet in colica
Item valet in calculo quia dila-
tat vias et abstergit etiam Item
in difficultate partus valet quia a-
perit os matricis Item valet in
ventositate stomachi

Pipinella est planta quedam fo-
liis similis foliis saxifrage
et est longa ad quantitatem palme
cuius radix usui est medicine et
dicitur cum effigie tamen assimi-
latur petrosilino et cum aliquid crescit
tendit ad similitudinem agrimonie
vel saxifrage sed dicunt [illegible] ru-
pta fila tenet saxifraga non pi-
pinella De complexione nota puto
eam esse calidam in fine primi siccam in 2o

De operationibus nota quod secundum operationem [illegible]
venenum unde est medicina benedicta
Dicitur quod cum mustela pugnat cum
serpente si morderetur a serpente
currit ad pipinellam et liberatur
Item est aperitiva quia valet calculo-
sis Item confortat stomachum quia sua
siccitate consumit humiditates super-
fluas Et usus eius valet tempore
pestilentiali sed tempore calido modera-
te utatur Item pulvis attractus ker-
naces educit flegma de capite et
est cordialis medicina

Pinus est arbor cuius due sunt
species masculus et femina ma-
sculus assimilatur pinee et non
producit fructum femina producit fruc-
tum et est duplicis dispositionis ali-
qua producit pineas magnas et ali-
qua parvas Et fructus pini habent cor-
ticem faciliter dentibus frangibilem
sed magni habent duriorem qui vix ma-
lleo potest frangi et de arbore pro-
cedente magnum exit pix De qua
terebintina fit De complexione nota
quod in pino tria sunt consideranda
lignum cortex et fructus cortex
est calidus et siccus in fine sed lignum est
est calidum et siccum tamen non sicut cortex
sed fructus est calidus et humidus in primo De
operationibus nota quod fructus eius
valet ptisicis et consumptis unde
fit electuarium ex eo cum zucaro quod impin-
guat Item valet in passionibus
pectoris Item confortat spiritualia
Item valet in doloribus vesice et
renum unde mundificat illas par-
tes et valet multum in excoria-
tione renum et vesice detur cum
appetitur Item fructus sine cu-
tra ~~semina~~ sunt aliquantulum di-
fficilis digestionis et quo prius de-
bent coqui et mundari de multis
Item si prevaleat detur cum zucaro
infrigidat cum melle Item cor-
tex pini valet in tenasmone unde
per viam emplastri applicetur ano
et ventri Item suffumigatio
pulvis eius ad idem valet Item
valet in fluxu ventris datum in
cibo vel potu Etiam decoctio eius valet
illis qui in suffocatione matricis vici-
nam Item cortex eius secundum operationem
tem educendi fetum mortuum unde
fit suffumigatio et percipitur ef-
fectus Item cortex consolidat unde
fit unguentum ex cera oleo [illegible]

et sarcocollis et cortex eius misceatur
cum calcata phlebotomia usque decambu
lare. Item decoctio eius cum aceto
valet in dolore dentium. Vino si sepius
abluatur os. Ad idem valet lignum
eius coctum in aceto quia adhuc in
tam materiam flegmaticam. Item cortex ci
catrices. Item sucus foliorum pini
consolidat vulnera. Vini cortex ple
Item suffumigacio ex ligno facta
pini valet in fluxum menstruali
Item in pino invenitur vermis qui
est nature calefactive et est citrini
coloris

Piper est fructus arboris cresce
ntis in India cuius tres sunt species.
scilicet nigrum quod melius in piper dicitur
et album quod macropiper dicitur
et est longum quod longum piper. Et
una arbor illas 3es species ponit. Sed
tempore ponitionis florum produ
citur longum piper. Postea ante de
bitam maturationem ponit piper
album. Et ultimo quando maturatus
facta est ponit piper nigrum.
Ex quo patet quod piper longum habet
humiditatem et aliquis dixerunt quod
esset radix illius arboris sed
licet sit. Radix similis est
costo. De complexione nota quod est ca. et
sic. in 3o. vim licet longum habeat
humiditatem in se. Nigrum vero habet
acrimoniam et iustitiam fortiorem quam alie
due species. De proprietatibus quod valet
contra venenum iniectum in theriaca ponitur.
Item pulvis eius sepe aspersus aqua ro
sacea et exsiccatus more collirii oculis
impositus maculas aufferet et pa
nnum. Item piper longum augme
ntat coitum quia bone calidit
irritat et facit sperma pregnativum
et bone humiditatis augmentat sp
erma. Item si post coitum piper
longum inponatur vulve prohibet
impregnationem. Item valet contra inger
phaciam si cum vitro fit linimentum.
Item valet contra asma. Vinum cum
ficubus comeditur educit materiam
flegmaticam de pectore. Item removet
materiam flegmaticam si masticetur cum pessu
lis. Item valet in squinancia si
cum melle fit emplastrum et appli
cetur ad extra. Item decoctum
eius cum aceto valet in dolore dentis
vini abluatur os. Item confor
tat digestionem stomachi debilitatam
propter materiam flegmaticam. Item removet
ventositatem si sumatur in forma laut
et barslaut. Unde bulliant ista
in vino quod detur pacienti solita
Item pulvis eius mixtus cum oleo costi
cum quo spina dorsi inungatur re
movet rigorem febris. Item resol
vit materias in iuncturis existentes quando
in paralisi. Vinum misceat cum oleo de
costo vulpino vel lumbrico et inun
gatur bene

Piper aque est planta que crescit
in aqua et est odorifera. Et dicitur
piper quia habet saporem piperis et a
qua quia in aqua crescit. De qua
nota quod est ca. et sic. in primo gradu. De
proprietatibus nota quod calefaciunt et exsiccant
bino habet plurimas operationes piperis sed
non est intensum ut piper

Pira sunt fructus noti quorum ma
gna diversitas reperitur. Sunt pi
ra silvestria et domestica. Dome
stica quedam sunt matura et est
magna diversitas ut notatum est de
complexione nota 2m Avicennam sunt fri. in p.o
sic in 2o. Et dicit Avicenna quod sunt que
dam pira boni odoris et saporis
ut zuccara inspissata et illa moderate
distant a temperamento. Etiam dici
tur quod non omnia sunt sicca in 2o
gradu, quod sunt sicca in primo. Verum
aliqua sunt sicciora et aliqua
minus sicca. De proprietatibus nota quod
pira sunt minus mala quam poma
et hec dicit Ysaac libro de diete
ticis. Et idem dicit Avicenna ante
cibum quia non habent nutrimentum
sed parcatur putrescendum ut poma.
Eorum nutrimentum non est laudatum
et multum quando frequenter utuntur
tur ab Avicenna. Et licet pira sint
sicca a pluribus tamen ibi adest
humiditas que est apta putrefactioni
in febribus. Quare in febribus non
debent dari. Item dicit Avicenna quod
si fungi decoquantur cum piris
malicia eorum minuitur et hoc
dicitur proprietate et omnis eorum re
mittit malicia fungorum. Qui
fungi sunt fri. in 3o. Pira
etiam sunt frigida et ideo licet
non bene ex qualitate sed propter
Item pira ante prandium constrin
gunt et post prandium laxant
comedenda. Item post cibum pos
sunt assumi quia tunc prohibet
ascensum vaporum ad caput. Item
pulvis eorum extrahit vulnera et consolidat

Item succus foliorum eius valet in
apostematibus calidis in principio quia
est fri. et sic. Item pira comesta
ieiuno stomacho inducunt colicam
propter humiditatem fundatam in sicci-
tate que diu retinentur sed post
mensam debent assumi pira as-
sata vel cocta

Pucedanum est planta cuius folia
assimilantur foliis [illegible] sed
sunt maiora et illud quod admi-
nistratur in medicinis est radix cuius
grossities est quantitatis digiti de
complexione nota secundum Serapionem est ca. et sic.
in 2o secundum Avicennam in 2o de opera-
tivis nota quod valet in dolore den-
tium causato ex frigiditate vel bullia-
tur in aceto et lavetur os etiam
valet confirmare dentes mobiles. Item
valet in paralysi si applicetur per
modum emplastri membris paralyticis.
Item valet in rigore febrium vel
ex oleo eius ungatur spina dor-
si et valet contra frigiditatem mem-
brorum exteriorum. Item masticatum
educit fleuma de capite vel
aperit opilationes colatorii. Item
valet in dolore matricis causato
ex frigiditate

Piscis est animal notum cuius diver-
sitas multiplex est. Pro quo
nota quod bonitas cognoscitur ex
dispositione carnis. Unde habe-
tes carnem solidam dicuntur me-
liores habentibus carnem mollem.
Secundo ex parte quantitatis vel valde
magni non sunt ita convenientes
ut mediocres et habentes carnes
duras eligantur qui sunt mi-
noris quantitatis. Et illi qui
fortiter moventur et agitantur in
aquis fortis motus sunt melio-
res quia ibi superfluitates eorum
resolvuntur quam pisces lacunales
etiam si sunt eiusdem speciei.
Item pisces qui sunt in aquis
discoopertis ad quas venti bene
pertingunt quia propter ventum fit a-
gitatio fortis aque et sic pi-
sces etiam qui moventur sunt
meliores illis in aquis coopertis
sic quod venti non faciliter attin-
gunt propter montes. Item illi
qui sunt in locis petrosis sunt
meliores aliis. Item illi qui
sunt in locis arenosis et illi qui
sunt in locis limosis sunt deteriores

aliis conveniunt et sunt sapidi. Etiam
bonitas cognoscitur ex nutrimento quia
aliqui sunt qui nutriuntur ex gra-
minibus et radicibus et plantis lau-
dabilibus et illi sunt meliores
illis qui nutriuntur rebus fetidis et
sordidis. Item illi qui habent pin-
guedinem mediocrem et carnem duram
sunt meliores valde pinguibus.
Sed qui pisces sunt meliores an
aque dulcis vel amare dicitur
quod marini ceteris paribus. Ratio
quia pisces sunt nature humide. modo
aqua maris est exsiccativa quia
marini minus habent de humiditate.
Et etiam frigiditatis sunt minoris ra-
tione salsedinis quia sunt alicuius
caliditatis. Sed pisces aque dul-
cis sunt facilioris digestionis quam
marini habent carnes magis
solidas. De complexione nota quod omnes
pisces sunt fri. et hu. sed ibi est diver-
sitas quia unus est alio frigidi-
or et unus est parum alio calidior
sed absolute sunt fri. et hu. in 2o
et differunt de recentibus quia
salsi sunt sicci ratione salis tamen
adhuc sunt fri. et hu. Et modus
utendi melior est quod primo salsan-
tur modicum ut viscositas remo-
veatur et coquuntur ut sint fa-
cilis digestionis primo in aqua post-
ea in vino et valet. Item omnes
pisces generant humorem fleumaticum
et viscosum et ideo non laudantur
in regimine sanitatis quia sanitas
non conservatur per humorem fri. et
viscosum. Item capiunt piscis scora-
leon comburatur et fit cinis qui
abstergit albuginem oculi. Item
aqua piscium salitorum valet in
ulceribus intestinorum et in uterinis
et in sciatica quia abstergit et
educit materiam fleumaticam vel fit cli-
stere. Item pisces saliti appli-
cati super locum ubi est spina
extrahunt eam. Etiam aqua [illegible]
abstergit albas et valet in ul-
cere oris quia mundificat et
abstergit. etiam valet in defe-
ctione vocis. Item omnis piscium
consolidat et similiter omnis as-
sus eorum [illegible] in colli-
rys oculorum. Item secundum Serapionem pi-
scis qui vocatur [illegible] decoqui-
tur in ventre porci in [illegible]
[illegible] remaneat [illegible]

talis aqua est solutiua. Item
valet contra venenum similiter aqua
decoctionis eorum. Item quidam dicunt
quod omnes pisces carentes calidis assu-
pti augent coitum nominat tamen
aliquos pisces secundum nomina nobis
no nota que habent humiditatem satis
ventosabilem etiam si degeruntur
augmentant spermam

Pix est liquor exiens de ligno
et est duplex pix liquida et
pix sicca. Siccarum quedam est ap-
plicata nauibus et quedam est sicca
per decoctionem et dicitur calefonia vel
pix greca. Unde pix liquida de-
coquitur et fit inspissata et gene-
ratur pix sicca. Liquida est cum qua
currus inunguntur. Pix greca
ad nigredinem tendit. Pix naualis
hec pertinet ad vasa vel ad naues
de qua nota G. et alii dicunt quod
sunt ca et sic in 2 Sed plat dicit
quod simpliciter est ca et sic in
2o. De operationibus nota quod pix bi-
bita in quantitate 3 i ȝ cum bono
vino est tyriaca contra venenum. Item
emplastrum ex sale et pice secundum ap-
plicatum puncture venenose valet.
Item pix liquida mixta cum zucc.
vino et melle et applicatum valet
in tussi antiqua in asmate et
in vlceribus pectoris. Item si miste-
tur cum oleo rosarum mundificat aures
a quibus sanies egreditur. Item
remouet maculas vnguium vt
cum cera fit emplastrum. Item re-
mouet scabiem ut ex ea et oleo
et litargiro posito in aceto fit li-
nimentum. Item remouet serpi-
ginem que est rubea macula ex-
stens cum pruritu. Item pix
et cortex eius combusta valet contra
deambulatorem apostema. Item mun-
dificat cutem fluxa durica quando
ponitur in emplastris. Item empla-
strum ex pice et vrina infantis
cum sale aperit scrophulas. Item
pix est res multum attractiua
et impinguatiua membrorum qui-
bus applicatur. Unde trahit san-
guinem ad membrum et confortat
calorem naturalem inde mem-
brum fortificatur. Unde domine
bononie et hyspanie que non exe-
unt tunc ex pice et mastice
faciunt emplastrum et applicant collo
hic facit magnum collum et car-
nosum et album. Item pix sicca
magis consolidat quam liquida. Item oleum
picis sic fit. Capiatur pix liquida et de-
coquitur et supponitur lana et illa
imbibit fumositas ascendet, et quando
videtur lanam esse humectatam tunc
colligunt illam humiditatem et iterum
apponunt et sic quousque peruenit ad vitrum.
Item aqua picis sic fit. Nam la-
na supponitur pici non bullienti et ag-
gregatur in ea humiditas que col-
lecta dicitur aqua picis. Item o-
leum picis valet in omnibus casibus
in quibus pix sed non consolidat. Item
pix valet in fissuris pedum et
ani quia consolidat illas. Item valet
in apostematibus duris ani virge et in-
testinorum. Unde in clistere aliquando po-
nitur pix. Item fuligo picis valet
in lacrimis oculorum et consolidat
vulnera oculorum et sic fit. Ponitur
pix in lucerna ferrea et ponitur
ubi panniculus vel bombex qui com-
buratur et supra ponitur lana
colligens fumum, et talis dicitur
fuligo picis

Plantago est lingua arietis re. L

Plumbum est metallum inter alia
metalla facilius fusibile et generatur
ex frigiditate congelante humiditatem
commixtum cum quadam acreitate de
qua nota quod est fri et hu in 2o gradu. Quidam
aliqui opponunt a plumbo proueni-
unt hoc est verum propter sulphur
terreum. In a prima est fri. quod
patet eius tactu lesis et dicit
Diasc. quod si coquitur plumbum et
ponitur in loco multum humido
crescit et fit grauioris ponderis.
De operationibus nota quod si fiat mor-
tarium de plumbo et pistello et
teratur oleum rosarum vel aliud quousque
inspissetur tale valet in com-
bustione ignis et aque calide. Et
valet in cutis excoriatione facta ex
nimio motu et valet in apostematibus
calidis ut in herisipila et simi-
libus. Item si radatur lamina
plumbea et ligetur super ren-
nem prohibet pollutionem. Item plum-
bum lotum valet in punctura
scorpionis maxime. Unde capiatur
mortarium de plumbo et pistello
et teratur plumbum et agitetur
quousque aqua fit obscura. De-
inde abicitur illa aqua et sic
fit plures cum de residentia

fit tror. Item plumbum exiccat vl-
cera et hic est bone pro sublime-
arum. Item resoluit nodositates
in iuncturis exeuntes. Item capitur la-
mina plumbea aliqualiter spissa et
perforetur et ligetur fortiter super
apostemata causata ex materia frigida mollit
ea quia dissoluit illam materiam
vincendo calorem naturalem per modum
reuerberacionis. Etiam dissoluit iam
materiam bene equatam per suam sub-
tilitatem et fiunt foramina per-
va ideo ut possit fieri exalacio
materie dissolute. Item plumbum fla-
xum valet ad oculos et ad lumen
vnde capitur lamina plumbea et se-
ro apponitur et mane remouetur.
Item plumbum vstum lotum et po-
situm in angulis oculi potenter prohibet
fluxum. Item prohibet fluxum ma-
trie ad matricem. Item tale plum-
bum est exiccatiuum satis et prohibet flu-
xum emoroydarum. Item plumbum vstum
est simile tutie preparate et co-
buretur sic: capitur lamina plumbi
et apponitur sulphure vel sale et
ponitur ad ollam et ita claudatur et
ponitur ad fornacem et tunc aduritur.

Policaria est planta que ... tur
quam habet folia oblonga et habet
stipitem quendam cuius tres sunt
species maior, minor et media.
Et diuisionem iste species sunt diuer-
sitatem specierum foliorum vnde maior
habet folia maiora et stipitem maio-
rem, minor minora et media me-
diocria. De complexione nota quod est cali-
da et sicca in tercio gradu. De proprietatibus nota quod
incidit et subtiliat materias in pe-
ctore existentes vnde asmatici et
defectum habentes in anhelando iuuat
decoctio eius. Item purgat viciam.
Item mundificat matricem et re-
stringit orificium eius. Item pe-
celli fiant ex ea et valet in coli-
ca. Item balnea facta ex ea iu-
uant alijs appriatis. Item folia
eius calefacta sine aqua ...
applicata iuuant ad exitum.

Pollitricum est adiantum vel capillus
veneris secundum quosdam et habet si-
gnaster viride. Et secundum aliquos
dicitur coriandrum putei quia habet
folia coriandro similia. In pri-
mis habet radices subtiles duas
in longitudine vnius palme magis
et non habet stipitem neque florem

neque semen et habet radicem inutilem
nascitur in locis vmbrosis et pu-
teis speluncarum humidarum iuxta
aquas. Apud sapientes omnia nomina
in tras desinencia capilli nominant
nam trix grece capillus dicitur la-
tine et valet in casu capilli et mul-
tiplicat eos / papucus vel paprotka

Polipodium est herba cuius folia
assimilantur foliis salicis vn-
de dicitur media folijs salicis. Et ali-
qui nominant filix quercina quia
frequenter nascitur circa quercum. Na-
scitur eciam frequenter in locis palu-
dinosis vmbrosis humidis. Bonitas
cognoscitur ex colore medio sed et
dolore (?). Vnde debet esse citrini co-
loris et grossa ad quantitatem di-
giti et dulcis saporis cum ali-
quali stipticitate et habet radicem
et cum frangitur est color citrinus.
De complexione nota quod fortiter exiccat
sine mordicacione. Vnde puluis eius
valet in consolidacione vulneris dif-
ficilis consolidacionis. Item valet
in grossionibus neruorum et in po-
dagra. Vnde fit emplastrum ex eo. Item
valet in fissura digitorum aut
labiorum emplastrum vel decoctio eius.
Item puluis eius valet in emoroydis
vnde aspergatur locus. Item est me-
dicina solutiua sine conturbacione
vnde euacuat materiam fleumaticam et
melancolicam. Et modus vtendi est per
se quantitas aut graciosus (?) commixtio
fit decoctio in qua ponitur 3 i de
polipodio soluit sine conturbacione.
Item capitur decoctio sicle que
cum qua decoquuntur an. vel
sen. et in illa decoctione coqua-
tur polipodium et detur pacienti
de mane et sero. Vel decoquatur
in vino et detur illa decoctio.
Item valet in confirmacione sanitatis
si detur cum diureticis et resolutiuis
quia habet in omnibus solutiuis
... Et in podagra detur
cum medio hinodacti et modo
rusticorum detur puluis eius cum
ouo molli.

Polium est planta crescens in
quatuor stipitibus vel pluribus
cum albis floribus circa partes (?)
habens folia similia rosmarino (?). Cuius
due sunt species maior et minor.
Minor est montanum quod oritur
in montibus et habet eleuacionem

atra ad quantitatem palme. Et in
summitate habet capitellum plenum se-
mine involutum habens odorem ci-
mini cum acuitate. De complexione nota
Avicenna dicit quod sit calida in 2o sicca in 2o.
Serapio dicit quod magis est calida et sicca in 2o.
Avicenna calida et sicca in fine 2i. De proprie-
tatibus nota quod valet contra ventosi-
tatem; etiam decoctio eius valet ad
idem. Item consolidat ulcera vul-
nera capitis recentis pulvis et maxime
[illegible] et fit emplastrum per conspersionem
et applicetur vulneri recenti ma-
xime consolidat. Item pulvis eius
consolidat vulnera fraudulenta. Item
provocat urinam et educit [illegible] potenter.
Item aperit opilationes epatis et
splenis, ideo valet in ydropisi. Item
nocet stomacho et ideo detur cum confor-
tantibus stomachum. Item causat dolo-
rem capitis. Item absumit libi-
dinem propter suam siccitatem. Item
decoctio removet morpheam vel
locum morpheatum si cum ea lavetur.

Poma sunt fructus noti et in
ipsa magna diversitas reperitur,
unde reperiuntur poma acida et ma-
tura. Et poma matura dulcia,
stiptica et poma acetosa. De complexione
nota quod omnia dicuntur esse frigida; diver-
sitas in frigiditate est inter ea. Un-
de dulcia matura declinant ad cali-
ditatem. Stiptica et acetosa dicuntur
frigida quia habent humiditatem cum quo-
dam stipticitate. Sicca dicuntur si dulcia
satis humida sunt. De proprietatibus
nota quod sunt mali nutrimenti. Item
poma dulcia confortant cor et
contra stomachum vino stiptica conve-
niunt magis. Item poma matu-
ra generant materiam humoralem pu-
tam putrefactioni et causant fe-
brem. Item folia pomorum valent
in principio obtalmie. Item in
doloribus oculorum decoctio pomi
et ex pulpa et lacte mulieris fit
emplastrum mitigativum doloris ocu-
lorum. Item poma stiptica con-
ferunt appetitui. Item dant ma-
lum nutrimentum. Item usus come-
stionis eorum est causa nocumenti
nervorum. Poma citrina sunt cit-
rina in colore. Poma limonum sunt
parva et resistunt in aqua marina.
Poma maciana sunt poma silve-[illegible]

Porrum est res nota. Eius
rum duo sunt species: dome-
sticum et silvestre. Domesticum appel-
latur porrum [illegible], silvestre porrum
vinee dicitur. De complexione nota Avicenna
dicit quod sit calidum in 2o siccum in 2o et hoc est
domesticum. Serapio dicit quod est calidum et siccum
in 3o et hoc est silvestre, ut apparet.
De proprietatibus nota quod unc-
tum cum melle valet contra pustu-
las venenosas sive comedatur sive
applicetur. Item in porro est pro-
prietas ledendi dentes et gingi-
vas. Item dat malum nutrimentum.
Item nocet stomacho et obtenebrat vi-
sum. Item ex succo eius et melle
fit mixtura que subtiliat materias
in pectore existentes et facit screa-
re. Item succus eius mixtus aceto
melle et oleo rosaceo iniectus aure se-
dat eius dolorem. Item succus eius
mixtus cum sale valet pro vulneri-
bus fraudulentis. Item mundificat
et extrahit materias putridas. Item
incitat libidinem quia in eo est
ventositas plurima et humiditas
parata ventositati ex qua erigi-
tur virga. Item succus eius datus
cum gummi [illegible] confert, prohibet
fluere sanguinem a pectore. Item
mixtus cum thure et mumia re-
stringit fluxum sanguinis narium
et emorroydarum. Item succus eius mixtus
cum sale eradicat verrucas. No-
ta quod porrum debet coqui in duabus
aquis quia ambe demant pro-
prietates inflative et acute removen-
tur, et tunc cum sale et oleo con-
diatur, tunc valet ad comeden-
dum; non tamen dat bonum nutrimentum.

Portulaca est herba et est du-
plex: domestica et silvestris.
Domestica habet folia grossa pinguia
quantitatis et producit semen parvum
nigri coloris. Silvestris assimi-
latur domestice in foliis, habet
rubeos flores et dicitur ab ali-
quibus anagallis vel morsus gal-
line. De complexione nota secundum Serapionem
est frigida et humida in 3o. Secundum Avicennam
frigida in 3o humida in 2o. De proprietatibus
nota quod in via cibi dat modicum
de nutrimento et non bono quia
est vehementis frigiditatis et humidi-
tatis. Item removet superfluam
calefactionem stomachi et aliorum mem-
brorum interiorum, ideo tempore esta-
tis convenit. Item eradicat verru-
cas si applicetur sepius et hoc

non facit sua qualitate sed
proprietate Item valet in apostematibus
calidis sicut vel ut in obtalmia
et in aliis succus eius mixtus cum
aqua rosarum et aceto et impositus
primo qui applicetur fronti sed
valet in excoriatione renum et vesi
ce et intestinorum quia remittit
acuitatem materie et phlebotomiam fluere
Item valet in fluxu colerico
Item valet in febribus coleris quia
remittit calorem Item restringit
fluxum sanguinis et menstruorum Item re
movet stuporem dentium propter quan
dam que est in eo Item ex se
mine eius cum psilio fiunt sacculi
qui valent in febribus et dentur
lingue applicari et potest addi se
men citoniorum

Potentilla est herba que valeria
na dicitur

Prassium est planta habens folia
ad rotunditatem tendentia cum
quadam asperitate et producit in sum
mitate semen pilosum asperum
De complexione nota circa Grecus est calidus et
siccus in 2o 3m Serapionem siccus in 3o De
proprietatibus nota quod decoctio eius
cum radice yreos et melle valet in
doloribus pectoris et in tussi as
matica quia facit excreare materiam
contentam in pectore Item educit
ad secundinam quia purgat ma
tricem Item decoctio facilitat
partum Item valet contra venenum et
in morsu animalium venenosorum Item
valet in opilatione epatis et splenis
Unde decoctio eius valet in ictericia
quia abstergit faciem patientis
similiter fomentatio ad idem et
succus eius Item succus eius remo
vet dolorem aurium Item valet
contra zodam Item acuit et con
fortat visum unde succus eius
cum melle et vino modicum bu
liant et coletur et fit collirium
Item succus eius exsiccatus valet
in vulneribus fraudulentis primo fa
cta eius in 1o canonis antidotarii

Pruna sunt fructus arborum
que dicuntur ex parte viridis et co
loris meliora sunt prima que
in colore assimilantur colori pale
arum De complexione nota circa Avicenna sed
frigida in primo humida in fine 2i De pro
prietatibus nota quod quedam primanta habent
proprietatem ad frangendum lapidem

in vesica unde dissolvunt in medio et
dentur patienti Item si ex eo fit
collirium confortat visum Item mix
tum cum aceto serpiginem removet
in pueris et in aliis Item pruna
domestica maturata solvunt ven
trem lubrificando et tempore esti
vo refrigerando et humec
tando sunt assumi ante cibum
et usus multus non est laudabilis
Pruna silvestria et immatura stri
gunt ventrem Unde ex succo ea
rum fit acacia Domestica immatura
ta stringunt aliqualiter sed lenit
unctuositate quadam satis malam
Pruna damascena exsiccata dentur
contra in febre acuta unde pona
in aqua frigida et humectata pona
dentur patienti in siti febris acute
Item quedam prunas educunt 3
sincopat venam Item decoctio pr
narum exsiccatarum valet in regim
ne sanitatis et homines non dent
ut primum mulieres quia dant
malum nutrimentum et infrigidant
stomachum sed 6 vel 1 ante mensam tempore
estatis prius sumpta ad refrigerandum
et humectandum stomachum

Psidia est cortex mali grana
ti secundum Serapionem

Psilium est planta pilosa habens
folia et virgam extensam
ad quantitatem unius cubiti vel palmi
et in medio virge cum
fruantur due virgule vel tres
in summitate habens capitella in qui
bus est semen nigri coloris et in
venitur medici De complexione nota
Serapionem dicit quod sit frigidum et siccum in 2o Avicenna
et Platearius dicit quod sit humidum et frigidum in 2o
Gal dicit quod sit frigidum in 2o temperatum in
humiditate et siccitate Nota quod in
psilio sunt due partes cortex
est frigida et humida medulla est calida et
sicca quemadmodum unde Avicenna 2o canonis dicit
quod videtur quod cortex psilii sit
fortis infrigidationis et forma in
medulla fortis calefactionis De
proprietatibus nota quod removet sitim
et incensionem in lingua exeunte unde
ex eo et semine portulace fiunt
sacculi Sed non debet frangi quia
medulla est acuta et calida primo eius
caliditas est ulcerativa Item valet
in obtalmia unde ponitur in aqua
et dimittitur humectatum postea ponitur
ad solem et super oculum multum

remouet caliditatem colorem. Vnde
mustilago eius inficitur cum zucara
et detur patienti. Item mucilago
cum zuccaro mollificatiuis sumpta fa-
cit ventrem lubricum. Item psi-
lium tremefactum cum albugine oui
et aliis appropriatis applicatum pe-
ctini restringit fluxum ventris.
Item valet in doloribus iuncturarum
causatis a materia calida mixtum cum
oleo vel aqua rosarum. Item est re-
medium in magna siti febre dicitur
propter medullam eius. Vnde in mesue vna
detur ʒ ii.

Pulegium est herba, huius fra-
grancia odor est satis acu-
tus. Cuius due sunt species, quedam
habet florem albi coloris, et quedam
purpurei. Prima est masculus, secunda
femina. Vnde quod ambe species sunt
in virtutibus et complexione. De complexione nota
quod est calida et sicca in 3° gradu. De operationibus
nota quod decoctio eius valet contra imper-
fectam ventositatem cum vino. Item valet
in sincopi. Vnde appliceretur naribus
fiunt sincopisantes surgere. Item
educit materias viscosas a pectore.
Item decoctio eius cum vino valet
asmaticis. Item fit sacellus quod
capiti applicetur valet in catarro.
Item remouet nauseam. Vnde cum
sale melle et vino assumatur con-
fortat stomachum et remouet materiam fri-
gidam ibi contentam. Item pulvis
eius valet in colica quia remo-
uet ventositatem et materias fluentes.
Item valet in podogra frigida. Vnde
emplastretur et si diu remanet in
loco vesicat. Item omnis decoctio
omnis eius educit menstrua et secundinam.
Item prouocat vrinam si decoqui-
tur cum aliis appropriatis. Item
balneum ex eo factum facit idem.
Item balneum eius remouet duricie
matricis et stringit vuluam et edu-
cit superfluitates eiusdem.

Pulmo est membrum notum et in
practica cibi exhibitus est complexionis
frigide et humide et propter nutrimentum eius
est flegmaticum sed ad extra exhibitum
est frigide complexionis. De operationibus nota
quod bone substancie est. Similis digestio-
nis quia est pauce substancie et
carnis et dat parum nutrimentum
et flegmaticum. Item pulmo arietis
valet ad excoriationem pedis factam ex
calceo et debet apponi calidus. Item
pulmo ouis siue sit adustus siue
non valet ad excoriationem. Item pul-
mo vulpis multum valet in ptisi et
asmate hic omnes volunt quia
confortat pulmonem.

Pumex est res nota quod crescit
circa littora maris et est quasi
de natura lapidis. Vnde adhuc natura
non est tamen indurata siue excitata
ut propriam naturam lapidis recipi-
at et componitur ex quadam mate-
ria viscosa terrea in qua agente cali-
ditate excitat et ubi exeunt multe
porositates et multe vitrositates
propter vitrositatem aque maris. De
complexione nota quod est frigida et sicca in primo.
De operationibus nota quod multum abster-
git et potenter excitat. Vnde in vul-
neribus fraudulentis pulvis eius valet
si prius sit ignitus et extinctus in vi-
no odorifero vel in aqua rosarum
secundum dispositionem membri et fit hic
sexies vel septies et iste pulvis valet
in ulceribus vngere et ad clarifica-
tionem visum et abstergendum maculam
in oculo quia est bonum abster-
sivum incarnatiuum et mundificatiuum.
Item pulvis eius ponitur in panno
lineo subtili cum quo dentes
fricentur valet. Et Theophrastus dicit si
in caccabo bulliente ponitur pumex
non sentit caccabum bullire. Item
pulvis non combustus valet in serpigine
impetigine et morphea.

Portulaca oculi est planta que
alio nomine cruca aque vel
apium aque appellatur et inuen-
tur et crescit in aqua et folia eius
sunt aromatica. De complexione nota
quod est calida et sicca. Dicitur usque ad 2m
gradum. De operationibus nota quod est
vrine prouocatiua et aperit et calefacit
stomachum et confortat. Item valet a
pro ventate lapidem renum siue de-
tur cruda siue cocta.

Quinquefolium est plan-
ta que alio nomine
pentafilon appellatur
et est calida et sicca. De quo
menbro facta est in capitulo
simphiti de p et
est satis conueniens
nutrimentum. Vnde est multe sangui-
guinem siccitatem remouet. Deco-
ctio facta ex lacte. Vnde ponatur
per noctem stare in lacte.

Quinquenervia est plantago

ius arnoglossi de quibus vide ca(pitu)lis

Raciagem est succus
colofonia que est
quasi fex ex rasi
na isto modo ca
pitur rasina et
dissolvitur in va
se eneo et cola(tur)
et facta colatura
iterum decoquitur
et usque ad spissi
tudinem et proiecta
parva super lapidem planum et
dimittitur exiccari et illud dicitur co
lofonia ex quo patet quod colopho
nia est gumma pini decoctum ut
dictum est p(rius) &c. — Balliesta

Ramex est quedam confectio que
est frigida et sicca in primo 2o secundum
aliquos est intus de proprietatibus no(ta)
quod potenter restringit fluxum san
guinis undecumque proveniat Item confortat
stomachum debilitatum ex caliditate ad
humiditatem propter sustinentiam (?) sumatur
cum aqua mentha (?) Item valet
in fluxu ventris potenter et hoc
suum experimentum cum nihil aliud iuvit

Rana est animal notum cuius
plurime sunt species aliquae sunt
venenose sunt parve aliquae non
venenose Ranarum vero venenosarum
aliquae sunt aquatice aliquae sunt
residentes in arboribus et non sunt
aquatice de proprietatibus nota quod si com
buratur rana et fiat pulvis qui
restringit sanguinem Item rane deco
cte in sale et aqua valent in lepra
et in venenis quia habent proprietatem
contra venenum et expellunt materiam vene
nosam existentem in humano corpore
Item non debent vti in via ubi sunt
in via me(dici)ne quia disponunt corpus
nostrum ad putrefactionem Item pulvis
sive succus eius valet in allopicia
Item sanguis rane parve viridis si po
nitur in foramine unde pilus est
extractus prohibet generationem pilo
rum in illo loco Item brodium
rane valet in apostematibus Item si ca(pitur)
rana scinditur per dorsum et ca(pitur)
iecur eius et ponitur in folio cau
lis et exiccetur et detur epilenti(co)
mirabiliter confert

Rapa est radix nota cuius sunt
due species domestica et sil
vestris que alio nomine rapistrum
nominatur Domestica habet duas
species est enim domestica magne
quantitatis cuius radix lata existit
et alia est cuius radix est longa par
ve quantitatis existens que alio nomine
napium dicitur ut dicit dyascorides de
qua nota quod Wilhelmus de pla
centia dicit quod sit calida in primo humida in
2o Serapio dicit quod sit calida et humida in 2o
sed iudicio meo puto domesticam ra
pam esse humidam sed silvestrem
esse calidam et siccam in 2o de proprietatibus nota
quod semen eius habet proprietatem contra vene
num Item est quantitatis multe et licet
si debite digeratur corpus impin
guat Item provocat libidinem et
auget spermata non cruda sed decocta
Item semen eius ad idem valet Item
si sit gravitas in capite calida recta in
olio rosarum dissoluta et ponitur ad illam
gravitatem et in uno ad ignem quod i(n)
olim valet multum in scissuris ex fri
giditate causatis Item fomenta
tio ex decoctione eius facta valet
in podagra Item rapa silvestris
non habet radicem que comedatur
sed habet fustem ad quantitatem brachii
et in summitate crescit semen ni
gri coloris ad extra sed ad intra
est albi coloris et si decoquitur cum
farina fabarum fit bonum linimentum
ad dealbandum faciem Item rapa
cruda comesta generat humores
flegmaticum malum Item domestica
est urine provocativa similiter eius se
men Item medicina in foliorum
rape est etiam urine provocativum

Raphanus est planta cuius sunt
due species maior et minor
Minor habet folia similia raphano
maiori sed habet subtilem radicem
oblongam Maior habet radicem gro
ssiorem que non est tante longi
tudinis pro radix minoris de que
non Avicenna 2o primi dicit quod lignum eius
est calidum et humidum in primo et per lignum
intelligit stipitem sed loquendo
de radice tunc sunt ... et Serapio
est calida in 3o sicca in 2o unde raphanus
minor est calidior maiore Item se
men eius calidius est radice tam
maioris quam minoris Et quando docto
res scribunt Raphanum tunc in
telligunt radicem sed semen et fo
lia scribunt propriis nominibus de pro(prie)
tatibus nota quod in via ubi dicitur pau
cum nutrimentum et malum ut licet
digeritur sed folia eius sunt meliora

digestionis et dat melius nutrimentum
quam radix. Item non debet comedi in
principio mense quia facit obvi-
are nature et inducit nauseam sed in fine
debet assumi quia ipse facit alium
digerere et descendere quia sua cali-
ditate confortat stomachum. Item nocet ca-
piti propter fumositates acutas que ca-
put petunt similiter nocet oculis den-
tibus et gingivis propter eandem causam.
Item aliqui dicunt raphanum pro-
sum arguere et hoc contra verum in illis
qui habent oculos debilitatos propter
humiditates fluxas quia resolvit
illas humiditates sed in sanis debi-
litat. Item semen eius tritum cum
melle removet lentigines et im-
petiginem et morpheam et abstergit
faciem eius (?) lune. Item valet in allo-
pitia unde cum fermento aceti et oleo
laurino fit linimentum. Item valet
in passionibus pectoralibus a materia
frigida et potissime semen pulvis (?).
Item provocat urinam et menstrua. Unde in ca-
lculo valet decoctio eius quia fran-
git lapidem. Ad idem valet oximel
ex raphano. Item illud oximel valet
in febribus cotidianis (?). Unde recipe aqua et
in ea bulliatur raphanus cum ace-
to, ponatur (?) fit syrupus qui multum
digerit materiam frigidam quotidiane et
cotidiane (?). Item semen eius est tyriaca
venenorum 2m dicunt (?). Item cum quis
comedit raphanum et pungitur a scor-
pione non sentit nocumentum. Item
positum super scorpionem interficit
ipsum. Item aqua eius provocat
urinam et frangit lapidem re-
num et vesice. Item succus assum-
ptus cum aceto inducit vomitum
et etiam provocat urinam. Item valet
in duritie epatis et splenis unde fit
emplastrum vel decoctio eius. Item
linitum cum aceto valet in ulcere
cancri et in ulceribus fraudulen-
tis. Item succus datus cum vino
valet contra venena mortifera. Item
pulvis radicis eius multum consolidat.

Resina est gumma arboris et
est multiplex 2m quod gumme sunt
multiplices ut sarcocolla (?) mastix.
Unde per resinam doctores intelli-
gunt gummam pini et de pinis di-
ctum est de p. De complexione nota
quod est calida et sicca in 2o. De proprietatibus
nota quod mundificat et exsiccat ulce-
ra. Item valet in passionibus pectoris
ut in ulcere pulmonis et tussi quoti-
diana (?) terebentina plus laudatur. Item
mundificat de quia sanies egreditur.
Unde dissolutum cum oleo et gutta immittitur.
Item in apostematibus fluxis commendatur. Item
mundificat cutim (?). Item valet in albaras et
morphea similiter in scabie.

Renes sunt membra in corpore
per quas urina colatur. De
complexione nota quod sunt temperate in calidi-
tate et frigiditate sed declinant ad siccitatem.
De proprietatibus nota quod sunt frigidi
in fine (?) et mali et dure digestionis.
Item si quid bonum est in eis hoc
est quod confortant quia unumquodque membrum
a proprietate confortat consimile. Item re-
nes inducunt magnam excitationem
virge et ad decoctionem lactucarum (?)
removent libidinem inductam a re-

Reubarbarum est quedam nobilis
radix lata extra ad modum cen-
tauree maioris et dicit quod in 3bus
provinciis nascitur in ytalia, ba-
biloma, et barbaria et quod est que
in comparatione sui non comparatur in pluribus
preter ... (?) est eligendum quod
levis est et perforatum et intus
minus solidum et intus non habet
venas ruffas vel subalbidas et
etiam masticatum non tingit nec
cito abiciatur quia malum. De
complexione nota quod est calida et sicca in 2m
gradum et servatur 3bus annis durat
completus. De proprietatibus nota quod edu-
cit coleram et flegma et precipue in mu-
lieribus ponderibus (?). Et modus reu-
barbari (?) est aqua lactis (?) et a-
qua apii et sparagi (?). Et illa aqua
datur (?) sua aliqui per
modum infusionis et tunc debet
per noctem stare in aqua ut febri-
citantibus. Item valet in opilatio-
ne epatis et splenis et purgat
epar stomachum et splenem. Item
valet in doloribus pungitivis inte-
stinorum. Item valet in asmate et
pectoris (?). Item propter dari post
solutionem quia sua stipticitate con-
stringit et non nocet sed ... re-
lia solutiva. Ideo est medicina
secura et bona. Item valet in
sciatica. Item removet morphe-
am si infricatur cum aceto et loco
supponatur. Item valet in mor-
sibus venenosis. Dosis infusionis
est a ʒ 1 usque ad ... in substantia ab
ʒ ... ad ʒ 1

Reuponticum est radix herbe que
nascitur in partibus transmarinis
et est multum similis reubarbaro et
est eligendum quod magis est continue et con-
tinuum intus habens venas distin-
ctas ut reubarbarum De complexione nota
quod est calidum et siccum in 2o De proprietatibus
nota quod evacuat cum reubarbaro
sed non tingit ut reubarbarum Unde in
egritudinibus stomachi et epatis datur
cum succo feniculi quia tunc aperit
opilaciones epatis et splenis Do-
sis sufficiens est a ʒ 5 usque ad ʒ ii
Ribes est arbor spinosa produ-
cens uvas albas ex quibus fit
rob de ribus De proprietatibus nota quod
valet in febribus maxime calidis et
fit sirupus ex eo qui valet in febribus
coleris et est magnum secretum
Item valet in pestilencia multum
quia excitat et infrigidat et pro-
hibet putrefactionem et in apostematibus
pestilencialibus ex sirupo etc. et in fluxu
ventris colerico
Rusci est res satis nota de complexione
nota quod est calidum et siccum in primo
De proprietatibus nota quod semen eius
est primo nutrimentum et stringit ven-
trem Item valet contra punctu-
ras ventris causatas ex fluxu
humorum super quos venit sola
unde decoquatur usque dissolvatur
et detur in potu etc.
Rosa est avellana indica et
fructus magnus in quantitate
nostre avellane De complexione nota
quod est calidum et siccum in 2o De proprietatibus
nota quod confert strangurie si ex
ipsa et aceto fit emplastrum et sta-
bilit et preservat Item est optimum
capitpurgium Unde in tortura
colli et epilepsia in melia et scoto-
mia et vertigine valet Unde
educit magnam quantitatem per na-
res expertum est Item pulvis eius
potenter restringit aquam flue-
tem in oculo Unde ponatur
in angulis oculi unde aqua
fluit Item pulvis mixtus cum
antidoto valet in tortura oculi
Item valet in colica unde detur
ʒ ii cum vino Item valet in dolo-
re stomachi quia solvit materiam flegma-
et melancoliam sine difficultate hec
Auicenna Item nasale factum ex
ea potenter educit ad vino fa-
cit aforismum Item rosa est tyriaca

in morsu tutele et scorpionis Unde
aliqui capiunt corticem eius et po-
nunt in locum morsus
Rosa est flos cuiusdam arboris
spinose nota et est duplex
rosa odorifera et fetens De qua
nolo facere mencionem nisi quo
ad complexionem eius De complexione nota quod
Serapio 20 de simplici medicina dicit
quod non est intense frigiditatis sed
siccitas in ea est maior Unde
ponitur frigida in primo sicca in 2o
Viridis recens non est tante siccitatis
Unde aliqui dicunt quod sit sicca
in fine primi Rosa vero fetens
est calida in 2o sicca in 3o De pro-
prietatibus nota quod in ea sunt ali-
que partes subtiles propter quas
succus eius est solutivus et inde
conficitur sirupus de succo rosarum Unde
folia recencia solvunt sed exsiccata
minime quia ab illis est ablata
pars calida vitreosa acuta Unde
ex foliis solvunt ventrem auicenna
mel de rosis fit mel rosarum Quod
sic fit capiatur mel et spumatum et
facta spumacione et colacione
imponuntur rose recentes aut
non recentes et fit ex eis decoctio
mellis cum foliis rosarum et hec dosis
rosarum Unde in lb ii mellis ponatur i lb
rosarum etc. in viii lb mellis ponuntur
quinque rosarum Et illud mel digerit
materiam flegmaticam et etiam calidam
et abstergit superfluitates corpo-
ris Unde in febribus habentibus
lingwam viscosam fricmus
liniri linguam Item aqua
ordei capiatur cum illo melle et
lauetur etc. valet in sincopis
etc. Zucarum rosarum sic fit capiatur
lb ii vel iii zuccari et lb i rosarum re-
centium et ponuntur in vase vitre-
o et ponantur in sole 30 diebus
tempore estivo quod est confortati-
vum stomachi supradictum et valet in
fluxu ventris maxime antiquo
quia in recentibus adhuc sunt
aliquae partes solutive Oleum
rosarum sic fit Unde decoquuntur
aliquae rosarum et facta decoctione
capiatur illarum et imponuntur zuccarum
et decoquuntur ad aliqualem spissi-
tudinem Alii capiunt succum rosarum
et cum zuccaro faciunt sirupum et iste
modus est ubi vellemus infri-
gidare confortare et solvere sed

primo modo magis laudabilis
est ubi solum confortare volumus
et infrigidare, et iste sirupus valet
in sincopi quia cor confortat et
stomachum. Item in fluxu ventris cum
febre capitur aqua pluvialis et ex-
tinguntur in ea calibes duodecies
et tunc ponuntur folia et capitel-
la et bulliantur in illa aqua cum
qua misceatur vinum et detur pa-
cienti et valet. Item aqua ro-
se sic fit distillando rosas palle-
bias et si tunc apponatur modicum de
musto tunc est magis laudabilis.
Item aqua valet in sincopi quia
cor confortat et stomachum supra calefactum.
Item valet in pestilentia. Unde
fit iulep ex ea et aqua scabiose
cum quodam pulvere. Ad sudo-
rem de rosis cum decoxerint et re-
movent fetorem ex sudore species
rosarum ʒ viij unc. ʒ v unc.
ʒ vj omnia terantur et ponantur
in vase et bene cooperiantur et fit
decoctio cum optimo vino. Et aliqui
domine apponunt illum pulverem
super corpora sua dum exeunt
balneum et primitus curare de-
bent cum aqua lavant corpora
sua et tunc exeunt pulvere. Aliqui
apponunt rosis vocatur ʒ ij illud
etiam commendatur. Item rosarum
quosdam removet ebrietates. Item
valet in apostematibus calidis maxime
in principio. Unde folia decoquun-
tur et per modum emplastri applicen-
tur in herisipila. Item pulvis
rosarum valet in ulceribus factis
ex corrosione venti in ore cum
legumia. Item in matrice. Item co-
ntrarie rosarum recentes inducunt ster-
nutationem in quibusdam et est
causa calor sui quia cum frigiditatem
retineant aliqui va-
pores cum per nasum tenuis in-
trent et illa sic recentes pun-
ria. Item decoctio eius valet
in oppilatione epatis et splenis ad
idem valet aqua distillacionis
eius. Ad idem valet vinum decocti
onis eius et calculosis. Item qui
non possumus habere fructum
capimus herbam vel radicem
et valet ad idem.

Spica est species quedam nardi
et alia dicitur spica celtica. Spi
ca nardi crescens in India est
melior quam crescens in alio loco
cuius bonitas cognoscitur ex colore
quia habet odorem odoriferum quam
diu manet post ablationem eius et
debet esse rubei coloris. Et aliqui
sophisticant. Unde ponunt in aqua
et aufertur eius [illegible] et illius
color tendit ad albedinem. De com
plexione nota quod est calida et sicca in [illegible]
[illegible] Sed Auicenna dicit in 2°
De proprietatibus nota quod confortat
cerebrum frigidum et valet in catarro.
Item confortat stomachum quia re
soluit subtiliat humiditates

viscositas in eo existentes et aperit opila-
tiones eius. Item confortat epar et
pulmonem et aperit opilationes eius
et commendatur in distillationibus frigidis epatis. Item
valet in tremore cordis et in cordiaca
passione. Item valet in opilatione sple-
nis. Quando cum vino potatur aufferet
duriciem eius. Item pulverizata si in
decoctione eius sedeat mulier aufert
apostemata matricis. Item cum hoc quod
provocat menstrua habet proprietatem retinendi
fluxum ... Item prodest vomitui.
Item masticata dat bonum odorem
et confortat gingivas laxas. Item
lutum quod ei adheret dissolutum in
aqua dat bonum odorem. Et spica
celtica est minoris efficacie quam spi-
ca nardi.

Spinachia est herba nota. De
complexione nota quod est frigida et humida in
fine primi gradus, secundum aliquos vero temperata,
quia brodium eius est solutivum, quare
prima aqua debet removeri, et nutri-
mentum eius est melius nutrimento atri-
plicis et aliorum olerum. De proprietatibus
nota quod lenienda movet solutio-
nem ventris. Item parum dat in fe-
bribus quia est frigida et humida.

Splen est membrum notum quod po-
receptaculum melancolie superflue in
corpore et est frigidum et siccum. De proprietatibus
nota quod est mali nutrimenti et dif-
ficilis digestionis. Unde splen porci
est magis laudabile eo quod porcus
participat multa humiditate et co-
non lz mam ita terrestrem.

Spodium secundum Avicennam dicitur esse ra-
dix canne adusta. Unde dicit A-
vicenna quod sunt credentes canne qua-
rum radices adurentur propter confrica-
tionem factam in illis ex flatu
ventorum cannas agitantium et commo-
ventium. Serapio autem dicit quod est
os elephantis combustum quod propter ra-
ritatem per combustionem ossis eius
teneamus Avicennam. De complexione nota
quod Avicenna dicit quod est frigidum in 2o siccum in
3o. Serapion dicit quod sit frigidum et siccum in
2o. De proprietatibus nota quod valet in
apostematibus calidis oculorum. Item pul-
vis eius valet in albola. Item restrin-
git fluxum narium et emorroydarum si su-
per aspergatur. Item confortat
cor. Unde valet in sincopi et cor-
diaca passione. Item valet in flu-
xu ventris colerico. Item in fe-
bribus acutis calidis.

Spongia marina est res satis
nota que est duplex masculus
et femina. Masculus habet foramina par-
va aliqualiter spissa et densa, femina
vero habet foramina multa et lata
et mca lz al quadda moca. De complexione
nota quod est calida in primo, sicca in 2o et in
ea inveniuntur lapides qui sunt inaequaliter
calidi et sicci. De proprietatibus nota quod
spongia nova debet poni in medicinis
et non antiqua quia iam perdidit
virtutem. Item spongia recens
consolidat vulnera. Unde ponitur in ace-
to et exprimatur et ponatur super vulnera
et aliquando ponitur in aqua tantum et aliquando
in aqua et aceto secundum dispositionem
et complexionem membri. Item dilatat
vulnera. Unde imponitur per modum lini pro
comprimendo et etiam exsiccat. Item
plurium fluxum sanguinis. Unde imponitur.
Item ex eo fit cauterium. Unde ponitur
super locum et ponitur ignis super
ipsam et cauterizat. Item resol-
vit et exsiccat apostemata flegmatica. Item
abstergit et mundificat. Unde do-
mine utuntur ea pro decoratione fa-
ciei. Item adusta valet in sputo sanguinis.
Item abstergat oculum et plurium flu-
xum ad eum et sic est similis tucie
sed primum debet ablui. Item nasale ex
ea factum restringit fluxum sanguinis.
Item lapis eius valet in petra o
lapidis renum et vesice.

Sponsa solis est planta que
alio nomine dicitur cicorea vel
solsequium quia producit florem qui
vertitur ad motum solis. De complexione
nota quod est frigida et humida in 2o secundum Platearium.
De proprietatibus nota quod radix eius
cum aqua eius data valet contra ve-
nenum. Item succus eius deopilat
epar. Item valet in morsu animalium
venenosorum. Item succus eius removet
febres cotidianas et tercianas. Unde debet
de sero et mane cum surgit a
ligmis a lecto.

Spuma maris est res nota
que est in litore ... quia assimi-
latur spongie maris et est gra-
vis in pondere et habet odorem ...
nem qui assimilatur odori piscium
mortuorum et invenitur in litoribus
maris. Prima species est oblonge fi-
gure que est levis ut spongia
sed habet multa foramina et maiora
et odor eius assimilatur lenticule ma-
ris. 2a species est cuius color est

rubeus ad purpuream declinans
similis in colore rosi. Cicta est
assimilatur lane. Cuta est que
in superficie est levis et intus ca
vata et assimilatur fungo in figura.
De complexione nota quod omnis spuma ma
ris generatur ex re magis subtili
et spongia est res magis grossa
et terrea et quia aqua maris
est salsa et habet partes urticales hinc
est quod spuma maris est calide complexionis
quia est producta ex calidis partibus
subtilibus urticosis. Sed spongia ma
ris producitur ex partibus minus sub
tilibus sed tamen in eis sunt partes cali
de admixte ideo ponitur calida in pri
mo. De proprietatibus nota quod disso
luta in aqua removet maculam fa
ciei et abstergit eam. Item re
movet albas et pustulas sudorem quod
constringit exiccat et resolvit in
fumum illam materiam. Item spon
gia maris [illegible] mixta cum
vino valet in allopicia. Item
contra species eradicat pilos. Item
si misceatur cum melle. Item abster
git oculum sed debet parvum ablui et
postea conteri et pulverizari. Item
aliquando adhibetur. Unde ponitur ad
fornacem in olla et cooperitur et
dimittitur decoqui postea abluitur
et fit pulvis qui valet in oculis et
vulneribus. Item valet in scabie vel
rotosi. Unde fiat unguentum cum terebin
tina et oleo laurino et spongia.
Item removet pruritum et scabiem.
Unde ex aqua eius corpus ab
luatur.

Squilla est quoddam cepe quod
cepe muris dicitur quia inter
ficit mures. Et dicitur aliter [illegible].
Bonitas eius cognoscitur ex colo
re et sapore. Unde debet esse
albus [illegible] tendens ad al
bedinem et debet habere saporem
aliqualiter dulcem in principio et
postea amarum. De complexione nota
quod est calida et sicca in 2o gradu. [illegible]
De proprietatibus nota quod valet in allo
picia. Unde cum oleo et melle
fit linimentum. Item removet verrucas
et [illegible] quia resolvit
et subtiliat. Item [illegible]
[illegible] et [illegible]
et valet. Item valet in opilatione
epatis et splenis et intumescentia
[illegible] et in ictericia. Ad

idem valet sirupus eius ut oximel squil
liticum. Item purgat [illegible] et urinam.
Item sirupus confortat gingivas et
purgat pustulas putrefactiones fieri
in humano corpore. Item usus
eius confortat visum. Item abster
git cannam pulmonis quia re
movet superfluitates et confortat ea.
Item acetum eius valet in materia
[illegible] et in [illegible] pruriente a ma
teria [illegible]. Item oximel squilliticum
sic fit. Recipe squillam crudam et divi
ditur in [illegible] et exsiccatur
in umbra quatuor diebus ut par
tes aquee exeant. Postea ponitur
in acetum fortissimum et dimittitur
stare quatuor diebus et colatur
quod tunc dicitur acetum squilliticum.
Cum oximel squilliticum cum ali
quid apponitur mellis sed cum apponitur
decoctum tunc dicitur oximel compositum.
Et sic debet facere vinum squilli
ticum et fit tempore musti ut vi
num [illegible] quod valet in ulceribus
[illegible]. Item lotio de squilla valet
in passionibus pectoris. Item succus
eius causat [illegible]. Item valet
contra venenosa. Unde si suspen
datur hostio domus prohibet ingressum
aliorum venenosorum. Item purgat renes
et maxime vinum eius. Unde squil
la pulverizatur et ponitur ad mustum quod
dicitur vinum squilliticum.

Squinantum est herba que a
lio nomine herba camelorum
dicitur in qua reperiuntur tres par
tes folia radix que sunt ad ma
[illegible] et in summitate est flos qui
assimilatur flori canne et est flos
[illegible] et boni odoris. Et in
[illegible] flos plus laudatur
quia est res magis aromatica. Sed ha
bemus paleam et non florem quia non
habemus. Et bonitas cognoscitur
ex colore et odore quia debet esse
aromatica et tunc debet eligi ad quan
dam [illegible]. De complexione nota
quod est calida et sicca in 2o gradu. [illegible]
De proprietatibus nota quod purgat
urinam et menstrua [illegible] emplastrata [illegible]
decoctio eius bibita. Item con
fortat stomachum sua aromaticitate et
stipticitate. Item confortat epar
et splen. Unde [illegible] sue [illegible]
ditatis est deopilativum epatis et
splenis. Item tam radix quam flos
valet in spiritu [illegible]. Aliter mixtum

cum pipere vz ydropicis quia re-
solvit et aperit Item oleum eius
removet lassitudinem et gr in albaz
Item decoctio eius vz in doloribus
matricis Unde sedeat mulier in
ea Item semen eius inducit so-
mnum Item confortat gingivas la-
xas et debiles Item confortat
membra nervosa infrigidata Item
emplastrum confert morphee rubee
si Item educit materiam flegmaticam sua
acuitate et caliditate

Stafisagria alio nomine pessula
montana dicitur que dicitur
planta cuius folia assimilantur
foliis vitis silvestris que sunt
incisa ut folia malue et producit
granum quod assimilatur ciceri ex quo
est maioris quantitatis et cortex est
nigri coloris et quod scribi tamen
semen eius quod dicitur sumi De gra-
nis quod est ca et sic in 3o De proprietatibus
nota quod posita in lixivio cum quo
caput lavetur occidit actu pedi-
culos Et cum misceatur cum arsenico
et oleo rosarum vel camomilla fit un-
guentum et medicare recte quod prohibet
generationem pediculorum et removet
eos Dicit quidam quod pulverisata et
posita ad pannum facit pediculos
venire ad se de toto corpore It
valet in allopicia quia facit pi-
los nasci Item valet contra scab-
biem Unde ex ea et aceto fit lini-
mentum Item vz in dolore dentium
Unde decoquitur cum aceto cum
quo abluatur dens Item confor-
tat gingivas lassas et exsiccat
superfluitates Item trita quia
bibita cum mellicrato facit vomere
Item potenter mundificat vesicam
si dicitur dari cum illis que prohibet
vesicationem eius Item aliqui dicunt
quod sit piper nigrum Item loco
eius ponimus piretrum Item masti-
cata educit materiam flegmaticam de cere-
bro et confortat dentes et gingivas
Et potest etiam misceri cum oli-
bano et valet

Stannum est metallum quod reperitur
in mineris terre sicut in primo sic
in 3o De proprietatibus nota quod bibitum
vz contra puncturas scorpionis etiam
coitum excitat Item combustum
consolidat vulnera abstergit enim
et mundificat ea Item est medicina
oculorum que collia debent poni

in vasis stanneis Item pulvis eius
adustum abstergit oculum et cla-
rificat visum

Stercus diversificatur secundum diversi-
tatem animalium tamen est excitativum
et resolutivum Unde unum est alio ca-
lidius et siccius tamen est ca et sic
Et nota quod stercus anseris et anetis
non debent approximari in via medicine
propter excessivam caliditatem unde vide-
tur ea leviter excitare sicut alia
volatilia rapacium ut accipitres et
Item stercus canis comedentis ossa
et bibitum cum vino vz in squinancia
vel linatum super collum et ma-
xime album Et vz in dissinteria unde
detur cum aqua vel lacte in quo
ferrum est extinctum Item stercus ca-
pre vz in ulceribus antiquis Item
ex eo fit cliste in dissinteria cum aqua
plantaginis et mirtillis et sanat Item
vz in epiphora Item stercus infantis
datum in potu inmixtum vz in squinancia
vel sit linitum cum melle super guttur
Item stercus lupi vz in colica em-
plastratum super locum doloris et hoc
est expertum per doctores et aliqui
ponunt illud stercus in corrigiis lu-
pi et non dicitur removeri nisi cum ma-
sufficienter evacuetur similiter bibi-
tum vz et preservat a dolore coli-
cacis in corpore purgato Item
stercus columbinum est calidius quam
aliquod stercus Unde excitat et resolvit
scrophulas mixtum cum aceto Et
mixtum cum semine eruce et sinapi
vz in emigranea de materia frigida et prein-
dicta Item mixtum cum aceto valet
in combustione ignis et aperit apostemata
dicta quia rumpit ea Item
resolvit aquam ydropisis Item ster-
cus capre valet in ydropisi subti-
liat enim ventrem et resolvit aquo-
sitatem Item vz in dolore sci-
atico podagre in tumefactione ge-
nu que provenit a materia flegmatica hu-
mida Item vz in apostematibus testiculo-
rum que sunt aquosa et vz in oppila-
tione epatis et splenis Unde in po-
tu detur cum vino et ysopo
et lavetur in morsu venenoso It
vz in allopicia Unde comburitur
et miscetur cum melle et curat
ulcera mala Item vz in scabie
quia abstergit et mundificat It
mixtum cum farina ordei valet
in sciatica etiam ex eo fit cauterium

in illo casu Unde olim eius ponitur
super locum Item mixtum cum
spica purgat cum vino facit absor-
sum per os sumptum sed applica-
tum restringit fluxum cum vino
et quadruplex fluxum sanguinis mixtum
cum aceto et positum super locum
Item mixtum cum sepo antiquo
valet in podagra Item stercus
muris frangit lapidem Unde
detur cum olibano Item exhi-
bitum per os laxat Unde fit etiam
suppositorium infantibus ex eo Item
stercus bovum suffumigatum fugat
culices et alia alia venenosa Et
dicit auctor quod stercus thauri bi-
bitum vel emplastratum valet in
ydropisi plus quam capre hec etiam
dicit Serapion Item valet in scrofu-
lis et aliis apostematibus sicut et habet
proprietatem in pinguedine caprarum
et aliorum volatilium Unde ponitur
super locum Item valet in ul-
ceribus intestinorum Item valet in
combustione ignis Unde mixtum
cum oleo rosarum et super locum ponitur
Item stercus vacce sedat apostema ca-
lidum cum calide supponatur et in sciatica
involuta folliis caulium Item
stercus bovum bibitum valet in le-
pra Stercus sturni abstergit pannum
lentigines similiter et stercus co-
lumbe Item clarificat oculos
Ad idem valet stercus yrundinis
Stercus apiei valet contra sputum et
contra constrictionem neruorum et lacer-
torum Item stercus tractus si
cum aceto et oleo rosarum mixtum valet
in combustione ignis et removet
vesicas Stercus asini valet contra
fluxum sanguinis Unde comburatur
et fit pulvis qui imponitur loco similiter
valet in pinguedine stercoris
Stercus ovium confert maxime
in apostematibus duris et in combusti-
one ignis si cum melle et aceto
misceatur Stercus elephantis
suppositum mulieri contra impre-
gnationem Stercus columbe ab-
stergit pannum faciei et facit bo-
num colorem

Sticun sunt pisciculi parvi in
partibus ultramarinis reperti
et sunt calidi et sicci in 2o et poten-
tissime confortant coitum

Storax est res que est duplex
liquida et sicca Et simpliciter
per storacem medici intelligunt
siccam sed liquida per se scribitur
Ysaac dicit storax est fructus cuiusdam
arboris et liquida est gumma eius
et dicitur amica et est arbor magne
quantitatis habens folia similia fo-
liis prune producens fructum qui
assimulatur prunis albis habens
duplicem corticem exteriorem qui
aliquando sumitur in via cibi quicquid
est cum fructu ex quo olim extra-
hitur medio cortex istius fructus extra-
ctus dicitur communiter ysaac storax et gum-
ma dicitur storax liquida sed li-
quor extractus ex amica et multa
dicunt sed prius quod sit per ysaac De
complexione nota quod est calida et sicca in 2o
De proprietatibus quod storax liquida
valet in passionibus pectoris in tussi
et raucedine vocis Item valet in
coriza et maxime sicca Unde
fit suffumigium Item purgat cu-
tem bibita cum suffumigatur et
confortat matricem Item gravat
caput et inducit dolorem capitis
et odor multis ut mira Item con-
fortat stomachum sua aromaticitate Item
confert doloribus interioribus Item
linimentum factum ex eo valet contra sca-
biem Item fit unguentum ex eo quod
valet in catarro Item valet contra
lassitudines membrorum et resolvit
materias ibi existentes et sic confor-
tat membra Item valet in compressi-
one matricis si bibatur

Succus fumi auctor est agnosi-
san. qui pro sucro est admix-
tum cum est res magis digesta
quam sicca gumma est superfluitas
tue digestive De complexione nota quod
est calida complexionis gumma est digestive
virtutis in me calide ei admixte ut dicitur
et est similis complexionis virtutis agnosti-
san. De proprietatibus nota quod re-
solvit apostema gingivarum et apostema
mamillarum excitatas et lumbrici cum
alcanna Item excitates et lumbrici
cum oleo rosarum inspissat lac etc.

Sumac est arbor cuius folia
saliginalis lata et producit fru-
ctum rubeum qui ungit in botro
quo utimur in medicina De complexione
nota secundum Serapionem est frigidus et siccus in
2o auctor dicit quod sit frigidus in 2o siccus
in 3o De proprietatibus nota quod valet
in fluxu ventris Unde ponitur
in pulte et decoquitur et detur

valet pullis et etiam brucus Item
distrure ex eo factum vz in dissinteria
et lienteria in qua stomachus est relaxatus
Item pulvis eius inflatus naribus restrin
git fluxum sanguinis eorum et restringit
fluxum sanguinis generaliter Item restringit
fluxum menstruorum Unde mulier sedeat in
decoctione eius Item si folia eius
decoquantur in lixivio denigrat ca
pillos Item folia eius valent in
illis in quibus acetaria vz Item fo
lia eius nova contusa consolidant vulnera
recentia Item vz in apostematibus calidis
et colericis quia reprimit et confortat
membra etc

Sulphur est hermodactilus Require de hoc
Sulphur est res mineralis que
recessit que nec alie res minerales
De complexione nota quod est calidum et siccum in quarto
De proprietatibus nota quod removet albas
impetigines et serpigines si cum
aceto misceatur et fiat linimentum Item
valet contra morsum reptilium Unde fit
linimentum cum sputo prima autem ab
ieiunii Item vz in dolore podagrico
si cum sale misceatur Item valet in
asmate Unde cum ovo sorbili de
tur tamen non est faciendum nisi in
desperatis casibus Item excitat
fluxum menstruorum Item vz in scabie
unde cum terebentina et oleo lau
ri fit linimentum Item pulvis eius asper
sus super corpora stringit sudores
Item suffumigatio eius valet in
surditate auris quia resolvit
materiam a qua surditas depen
det Item vz in punctura scor
pionis misceatur cum aceto



Talisifar est
cortex indi
habens bo
num odorem
in quibus est
stipticitas et
acuitas et
in ipsis dicit
quod est clari
tas plurima
et subtilitas
parva De complexione nota secundum quosdam
ponitur temperata in calidite et fri
giditate quidam vero dixerunt quod
esset calidum et siccum in secundo De proprietatibus
nota quod vz in dissinteria et in ul
ceribus intestinorum et fluxu menstruorum

Tamarindi sunt et eorum
fructus qui dactilis assimilantur

Et secundum Serapionem est fructus palme sil
vestris De complexione nota secundum quosdam est
frigidum et siccum in secundo Et bonitas eorum
cognoscitur ex colore quia debent
esse nigri coloris cum quadam
rubiditate et debent esse pingues
carnosi et ponderosi De operibus
nota quod nocent stomacho frigido et sunt tar
de operantes Primo nocumentum remo
vetur si cum eis species misceantur Secundum
removetur si cum succo feni vel
fumo terre vel absinthii dentur Item
purgat coleram constringendo Item
removet sitim excessivam maxime
in febribus colericis Item confortat
stomachum superscalefactum et estivum calidum
Item stringit vomitum colericum Item
constringit ventrem sua stipticitate
Item confortat stomachum alienum me
dicinarum et aufferet nocumentum sca
monee et aliarum

Tamariscus est arbor que alio
nomine corna dicitur Et est
duplex domesticus et agrestis et ille
due species in dispositione foliorum
et arborum non differunt secundum dispositi
one fructus quia agrestis producit
fructum qui folio similis existit De
complexione nota quod est calidum et siccum in primo
De proprietatibus nota quod Serapio dicit quod melior
medicina ad deopilandum splenem
est facta ex radice tamarisci et cor
tice capparis et scolopendria bul
liant simul in aceto Item em
plastrum factum ex foliis eius valet in
duritie splenis et in apostemate eius
Item decoctio fructus vel foliorum
eius valet in dolore dentium It
em ius corticis consolidat vulnera
difficilis consolidationis Item
valet in ulceribus causatis ex adu
stione ignis Item dicit Serapio quod
fructus eius ponitur loco lini in
passionibus oculorum Unde ali
qualiter indigene restituunt ut
in fluxu oculorum Item pulvis eius
vz in sputo sanguinis ex pectore similiter
decoctio eius Item removet pedicu
los et lendines cum decoquatur
in lixivio Item vz in apostematibus fri
gidis Item dicit Serapio quod decoctio
ne eius liberata est quedam mulier
a lepra et dicit quod ymaginatus
sunt quod ista lepra depende
bat a melancolia sparsa per totum corpus
propter opilationem splenis quam
removet talis decoctio

Hec assimilatur gallis sed domestica producit fructum est

Tapsia est planta habens stipitem
similem ferule et folia similia
foliis malve et habet ramos in quo-
rum extremitatibus sunt corone si-
miles coronis aneti et facit flo-
rem album declinantem ad citri-
nitatem et habet radicem albam
grossam acuti saporis a qua ex-
it lacrima gumma vel lac. Et mo-
dus est nam inciditur cortex et co-
operitur locus foliis et in crastino in-
venitur gumma. Aliqui capiunt
radicem et conterunt et comprimunt
succum. Et aliqui ex radice et foliis
contritis faciunt gummam. Et dicit Serapion
quod colligentes debent inungere prius ma-
nus et oculos cum appareat vesi-
ce lesio eorum. De complexione non ope-
ratur et habetur in 2o de proprietatibus nota
quod est multum attractiva. Unde valet
ad educendum materiam per sputum. Item
applicata per modum emplastri valet in scia-
tica et in emigranea. Item educit
materias a remotis partibus. Item
valet in allopicia unde cum corti-
ce liniatur locus et non diu
permittatur super locum ne inducat
ulcerationem. Et non detur in
multa quantitate quia corrumpit homines
et detur 3 partes 3 i vel minus.
Item valet in doloribus antiquis iunctu-
rarum et dicit Serapion quod ponitur super
ossa denudata facit carnem
renasci. Item lacrima confert do-
loribus asmaticis et lateris et a-
liis doloribus antiquis.

Tapsus barbatus est planta
producens folia longa lata
et pilosa et producit florem citri-
ni coloris cuius complexio et virtus re-
quiritur supra in B. i. Basilisci.

Tatarela secundum glosam Cornu-
Tasse sunt ypoquistidos de
quo dictum est. Alii dicunt quod
est herba lacrima ex cuius succo
fit ypoquistidos. De complexione non spe-
cificat et sic in 5o de proprietatibus no-
ta quod valet in fluxu sanguinis narium et
in fluxu ventris quia consti-
tuit membra laxata.

Tartarum est fex vini exsiccata
adherens vasi in quo vinum
fuit. De complexione nota quod est ca. in
2o sic. in 2o. Et Dinasifirus? dicit de
universitatem vini. De proprietatibus
nota quod cum oleo laurino mitigat
remouet furfures et pediculos. Un-
de ponitur ad capud et ablutum regent.
Item valet in scabie unde cum litar-
girio et oleo laurino fit unguentum et locus
inungatur. Item pulverizatum et datum
cum aliis speciebus prohibet impin-
guationem. Primo quia est solu-
tivum. 2o quia est exsiccativum humorum
quibus corpus deberet impinguari.
Item solvit sine molestia. Unde
cum 3 folliculorum sene et gariofilis mi-
nus fit pulvis de quo detur quan-
titas secundum quod videtur qui educit
flegma grossum et viscidum.

Teretraton i. cerasus agrestis vel T. E.
Tesipse est gumma vitis agrestis
de qua mentio facta est tamquam simpli-
cium de R. cum scindit et exit gu-
ma quod dicitur tesipse. De complexione no-
ta quod est ca. et sic. in 2o. De proprietatibus
nota quod valet in allopicia unde cum
oleo abrotani et rore fit unguentum quod
facit pilos renascere. Item remouet
pannum et valet in vestigiis vulnerum.
Unde misce cum aceto et remouet
morpheam et albas et applicata
non diu debet teneri quia faciliter
ulcerat. Item valet in paralisi et in
mollificatione nervorum cum aliis
appropriatis et in podagra. Item valet
in sputo sanguinis contingente ex mala
complexione unde fit linctus qui sus-
tillat et calefaciat. Similiter valet
in dolore pectoris ex frigiditate.
Item solvit ventrem non tamen
simpliciter dari nec in magna quan-
titate propter ulcerationem quam in-
ducit sua acuitate et loco eius
ponatur 2a pars euforbii et 3a dragaganti.

Tela aranee est res nota et
doctores non graduant eam
sed puto quod est fri. et sic. De complexione De
proprietatibus nota quod constringit et
consolidat vulnera recentia et
prohibet exitum sanguinis. Item cum in-
fricetur alicui unguento et applice-
tur temporibus et pulsibus brachi-
orum removet 3anam febrem sua
proprietate. Item restringit flu-
xum sanguinis. Cum derasura pomi? Item
cum ponitur super vulnera et ul-
cera prohibet apostemationem eorum. Item
removet 3anam febrem posita super
cincturam brachii. Item si ponitur
in oleo rosarum et distilletur in aure
removet eius dolorem.

Terebulel est gumma fri. in p. 2a
sic in 2o. De proprietatibus nota

dicit Auicenna quod confortat gingiuas
Item masticata post confortationem stomachi etc.
Tereniabin est manna secundum Auic-
cennam canonis et de manna dictum
est quod vigorat virtutes aliarum me-
dicinarum et datur in febribus ma-
gni caloris et valet in tussi leniens
pectus et sedat sitim etc. Serapion.
Terra sigillata est terra albi
coloris et invenitur secundum aliquos
in insula Cipri. Alii dicunt quod in-
venitur in partibus Indie et debet
habere odorem ereneum et debet
adherere lingue et per istos du-
os modos cognoscitur non sophi-
sticata et sic fit. Recipe terram et
ponitur in vase terreo et infunditur
aqua et terra dissolvitur et istud
quod in fundo residet recipe et
pingue viscosum recipe et sigilla
et alio nomine dicitur lutum sigil-
latum. De quo dictum est de l.
Nota tamen hic quod doctores tacent
fieri unam menaz hic ex ea contra
venenum et hic dicit Auicenna quod semel
unciam assumpsit cataputiam et evomu-
it capta medicina postea
Testa ostreatorum est res dura
recipiens aliud non petra ca-
liditatis maris residentia. De qualitate
nota quod est sicca et calida. De proprietatibus
nota quod desiccant combuste et con-
terite applicari et consolidat ul-
cera et vulnera difficilis conso-
lidationis. Unde prohibet fluxum me
ab extra applicatum sed ab intra abs-
tergit et potest exhiberi cum oli-
bano et sarcocolla lata. Item eius
pulvis est dealbativus et bonum den-
tifricium si ponitur ad perimendum et
cum eo fricentur dentes. Item
pulvis corrodit carnem malam. Item
dicunt doctores quod sunt quedam
ostreata que si cum aceto vel
vino sumantur valent in dolo-
re splenis. Item valet in suffo-
catione matricis per modum suffumi-
gii et edunt fetiditatem et faciunt
sputum purgare. Item si fit em-
plastrum ex testa calcinata valet
in podagra. Item fit ex eadem
testa cerotum super scrophulas.
Item caro ostreatorum abster-
git scabiem. Item caro eorum
si bene digeratur est multi nu-
trimenti sed difficilis digestionis.
Item provocat spermam

Testiculus est caro quedam glan-
dosa et densificata quo eius etiam
diversitate aliorum. De proprietatibus nota
quod testiculi hircorum, arietum et tau-
rorum sunt dure digestionis et nu-
trimentum eorum secundum Auicennam non
est ita laudabile sicut nutrimentum
animalium. Sed testiculi gallorum sunt
meliores aliis et facilis digestionis.
Testiculus canis est planta ha-
bens folia extensa super super-
ficiem terre que assimilantur foliis
olive. Verum sunt longiora et ha-
bent hastam extensam super super-
ficiem terre ad quantitatem palme
et ponit florem purpurei colo-
ris et habet radicem similem bulbo
et habet duos globulos quorum unus
est plenus et alter vacuus. De
complexione nota quod est calida et humida in primo.
Verum exsiccatus participat mediocri
humiditate. De proprietatibus nota quod
recens mutat coitum sed exsiccatus
non potest. Si quis vult generare ma-
sculum assumat testiculum canis
plenum; si feminam vacuum. Item dicit
Diascorides quod mulieres ytalie dant
vacuos ad mutandum coitum. Item
emplastrum factum ex eo valet in apostemati-
bus testiculorum. Item pulvis eius
consolidat et exsiccat fistulas et re-
solvit apostemata fluida ac prohibet can-
crum dilatari et prohibet dilatationem
ulceris. Item pulvis bibitus prohibet
fluxum ventris.
Testiculus vulpis qui in gre-
co vocatur trifolium quia habet
tria folia similia foliis liliorum.
Verum sunt minora foliis lilii et habet
stipitem ad quantitatem brachii
et habet radicem satis grossam
que assimilatur bulbo vel ascalonia
et illud quod administratur est ra-
dix. De complexione nota quod est cali-
da et humida in primo et quia ista
radix est humida actualiter tunc
illa humiditas est sicut inflamma-
tioni. De proprietatibus nota quod
mutat ad coitum si teneatur
in una manu vel bibatur cum
vino. Item resolvit humiditates
in paralisi et spasmo.
Testudo est animal notum et aliqua
habitant in mari et sunt
magne quantitatis et aliqua in
aquis dulcibus et non sunt tan-
te quantitatis. De complexione nota quod

doctores non graduant eius gradus
possumus tamen dicere quod sit frigidum et
humidum. De proprietatibus nota quod auctor
dicit quod sanguis eius mirabiliter valet
in epilepsia et detur bibendo. Item
fel eius positum in naribus epilepti-
cum facit surgere. Item removet scrophu-
las. Item valet in alkala et sunt
cuticule provenientes ex flegmate salso
descendentes ad medium cuticulam. Item
cinis eius cum coagulo leporis valet
in puncturis venenosis

Teysi est planta et nos dicimus
radicem. De complexione nota quod est frigida
et sicca in primo. De proprietatibus nota quod
pulvis radicis eius consolidat vulnera
recentia. Item valet in passionibus
oculorum quia prohibet fluxum ad
oculos. Item abstergit et exsiccat
si misceatur cum melle. Item si mi-
sceatur cum olibano et mastice et
fit pulvis consolidativus vulnera. Item
succus eius cum 2a parte mellis et ca-
liculi abstergit oculum et ipsum
confortat. Item semen eius pro-
vocat urinam et frangit lapidem.
Ad idem valet decoctio radicis
et seminis. Item decoctio plante valet
in ulceratione vesice. Item prohibet
fluxum menstruorum ad stomachum et semen
eius maxime valet stomacho. Item si cum
eo et melle fit collirium tale valet
ad abstersionem oculorum etc.

Thimus est planta habens ramu-
los multos non multum a terra
extensos habens folia ut ysopus
et florem purpureum qui augmentatur
et apparet per modum formice in extre-
mitatibus ramulorum. De complexione no-
tandum est et scias quod est calidum et siccum in 2o
De proprietatibus nota quod provocat v-
rinam et menstrua et facit abortum.
Item decoctio eius cum melle valet
in asmate quia educit materias
frigidas de pectore. Item pulvis eius
valet in debilitate visus. Item valet
stomacho et pectori in quibus est mul-
ta materia frigida. Item cum aceto et
sale mixtum laxat ventrem et e-
ducit materiam frigidam. Item removet
apostema frigidum nova. Item resolvit
sanguinem coagulatum. Item exca-
lefacit veritates et emorroides si em-
plastretur. Item bullitum in vino et
applicatum sanat verrucas. Item di-
citur flacidas et ...

Tus est gumma quod dicitur olibanum R(equire) O

Tymbra est satureia R(equire) S.

Tribulus est planta quedam spi-
nosa et est duplex domesticus et
silvestris que habet folia similia
foliis portulace. Que sunt minora
et habet ramos circa terram extensos
spinosos. Domesticus crescit in a-
quis vel circa habens stipitem ru-
beum et longum et folia lon-
ga et in stipite habens spinas et
utrumque producit semen durum pa-
tens in capitellis suis habens per
angulos acutos et est albi coloris
dulcis in sapore quod castanea. Silvestris
habet spinas maiores domestico.
De complexione quod est frigida et sicca in
primo. De proprietatibus nota quod se-
men silvestris assumptum cum
vino frangit lapidem renum et
vesice. Item emplastrum valet in
apostematibus calidis in principio et incessi-
one. Item semen eius bibitum
valet contra medicinas mortiferas.
Item decoctio eius interficit pulices
unde aspergatur locus. Item valet
in pustulis lingue unde pulvis
eius apponitur. Item semen pro-
vocat urinam et valet in dolore
vesice. Item augmentat sperma.
Item mixtum cum melle abstergit
putredines ulcerum et exsiccat eas

Trifolium est planta habens tria
folia. De complexione eius doctores non
faciunt mentionem. Puto tamen quod
sit calida et sicca in 2o. De proprietatibus no-
ta quod Dyascorides dicit quod provocat uri-
nam ex quo arguitur calidit
eius tam semen quam folia. Item
tamen folia vel gramina bullita
valent contra ... et ... contra
... Item semen eius et fo-
lia valent in epilepsia et ydropisi. Item
in splenetico. Item si cum aqua
bulliant provocat urinam

Tubel est sorecia R(equire) S.

Tubera dicuntur excrescentia terre
quorum usus est apud homines
grossos et habent multum de hu-
miditate et parum de acuitate. De
complexione quod sunt frigide et humide in 2o. De
... quedam sunt mortifere que
in superficie sunt livida ... ru-
bea vel que nascuntur sub
plantis malis. Alie non sunt
mortifere de quibus fit men-
tio nunc. De proprietatibus nota
quod non mortifere sunt difficilis

digestionis et generant inflationem ventosi-
tatem et multum et decoquatur in
aqua et prima aqua abiciatur
postea coquatur etiam cum sale et spe-
ciebus. Item usus eorum generat appo-
plexiam paralisim colicam suffocationem
propter humores quos generant sed
cum [illegible] contra. Preparatio eorum est
bonum vinum vel aqua decoctionis
origani et condimentum cum sale et
speciebus removet nocumenta eorum
quia subtiliat calefacit materias
viscosas ex eis generatas

Tubera dupliciter sunt secundum
unum [illegible] valent sicut fungi
de quo dictum est de F. Aliud
importat quandam radicem ro-
tundam que crescit sub terra in Y-
talia vocatur tartufulosa et est
radix rotunda folia non habens.
De complexione nota quod est calida et humida in
2o. De proprietatibus nota quod irri-
tat ad coitum ut dicit A. in li-
bro de cibis quod generant humorem
grossum non tamen est multum ma-
lus ut humor tuberum et fun-
gorum. Item aqua decoctionis eius
abstergit visum

Tyderi est planta habens folia si-
milia foliis porri habens radicem
quadratam ad quantitatem cubiti
et producit fustem in cuius summitate
sunt quedam capitella in qui-
bus semen generatur et est duplex
domesticus qui producit semen
longum et silvestris qui pro-
ducit semen rotundum. De complexione
nota quod est calida in 2o humida in primo.
De proprietatibus nota quod emplastrum factum
ex foliis valet in apostematibus duris et
in dolore podagrico et in can-
cro ubi non est [illegible] ulceratus
et in apostematibus flegmaticis duris et etiam
mollibus. Item valet in apostematibus du-
ris. Item si fit collirium cum
melle et eo utitur in ulceribus o-
culorum et mundificat. Item ra-
dix eius in vino cocta provocat
coitum

Turbit est radix herbe na-
scentis circa litus maris cuius
folia sunt similia foliis ferule
sed sunt minora et est species lacti-
cinii. Cognoscitur bonitas ex co-
lore quia debet esse albi coloris
et [illegible] exhibendo debemus nigre-
dinem corticis removere. Item
debet esse gummosum quia talis gummo-
sitas est signum quod crevit in loco
sicco et calido quia lac est conversum
in gummam. Debet etiam esse faci-
liter frangibile et hoc est signum
quod est productum in loco calido et arido.
De complexione nota quod est calidum et siccum in 3o.
De proprietatibus nota quod sunt tria
nocumenta. Primum est quod ledit stomachum
et inducit nauseam. Secundum quia est
tarde solutionis. 3m quia extenu-
at corpus. Primum aufertur admi-
scendo sibi confortativa stomachi ut est
mastix galanga nux muscata garioffi-
li. 2m est zinziber et garioffili. Sed debet
dispensari pondus de eis. 3m removetur
cum aliquibus que sunt humida vi-
olea [illegible] infusorum per dies L.
℥ pennidiorum ʒ L. zuccari [illegible] ʒ XXX
turbit ʒ XV piperis longi [illegible]
[illegible] ʒ X et si vis plus acu-
ere adde scamonee ʒ XII. Et conficiatur
cum melle despumato. Est enim
hec medicina inexcogitabilis magni
iuvamenti. Item turbit educit ma-
teriam principaliter per colicam flegmaticam
viscidam. Item valet in morsibus vene-
nosis. Item usus eius prohibet a le-
pra. Item valet in febribus fluxus quia
educit illas materias. Item corro-
dit carnem putridam. Item quando in
antidoto magis debet bene conteri
sed in pillulis debet grosso modo poni
ne adhereat villis stomachi sicut
scamonea

Tucie est frigida et est sicca. [illegible]
Tucia est res nota quedam est
mineralis quedam artificialis. Mi-
neralis sunt tres species. Alba
citrina viridis cum rubedine in-
quas melior est alba. Et sunt
Tucia fit per artem ex fumis
elevatis ab aere. Sic etiam nec
producit eam terra mineram. Ar-
tificialis enim fit in depuratione
eris vel stanni. Unde depuratur
et elevatur fumus superius in
fornace et adheret et fit tucia.
De complexione nota quod est frigida in primo
sicca in 2o. De proprietatibus nota quod
valet in passionibus oculorum quia
resolvit humiditates et abstergit
et purificat visum sua siccitate
et prohibet superfluitates fluere ad
oculum. Item prohibet humiditates
penetrare sed fluere in sultam
vel in pelliculas oculi et debet

esse preparata quia habet partes calidas
acuitatis mordicatiuas que preparacio-
nem remouentur Et preparatur sic con-
teritur et ponitur in vase vitreo
et ponitur aqua deinde fit residen-
tia et illud quod est grossius stat
in fundo eiciatur et subtilius quod
super natat colligatur et ipsum la-
uetur ut prius ter deinde prepara exsicce-
tur in umbra et applicetur oculis
Alii preparant in igne sed ille modus
est melior Item consolidat vulne-
ra virge et sic in aliis vulneribus
Item tucia abluta abstergit den-
tes vel ponitur in panno et fric-
centur dentes fetidi Et dicit Serapio
quod tucia preparata est magis exsiccati-
ua sine mordicatione quam alia
medicina

Tyncar est capistrum auri et est
superfluitas plurimum nam auri
que est duplex mineralis et artifi-
cialis Mineralis est in locis mine-
re Artificialis fit ubi aurum de-
puratur Et dicit Auicenna quod valet
in dolore dentis et corrosione eius
immo etiam aurum confortat dentes

Tyrus est serpens parue quantitatis
de cuius carne conficitur tria-
ca cum ingreditur tyriaca et ty-
ri caro invenitur quod tyriaca multis
consistat De complexione nota quod est calida et
sicca in secundo et ista caro est veneno-
sa sicut serpens De proprietatibus
nota quod caro eius educit materias ma-
lignas que sunt in humano
corpore ad cutim et facit eas
exire per porositates et vinum de-
cocto cum ea iuuat leprosos et
intelligitur de carne correcta Uo-
prius bene percute cum virga deinde
remouetur caput cauda et intestina
et medium reficietur et decoquatur
cum aneto feniculo garioffilis et sale
et detur leprosis in parua quantitate
Ista etiam caro expellit materias
malas intrinsecas preparatas cutis Et
sal cum quo conditur caro tyri
etiam habet proprietatem in lepra Uo-
catur tyrea et ponitur in vase in quo ex-
ponitur et tibi salis et coquitur et
dimittitur quousque extinguitur caro
tyri tale sal valet ad idem valet
vinum eius Uel ponitur tyrus ad
vinum et detur pluribus vicibus
Item inunctio corporis leprosi
cum tyriaca valet

Titimallus est planta huius lac-
teus cortex radicis solutiua exi-
stit huius vii species primo vocatur mari-
nus et dicitur titimallus masculus 2a
dicitur femina 3a philitis 4a elio-
scopus 5a ciparissus 6a dendra-
des 7a petafilos De complexione est in fine
sicca et sicca in 3o De proprietatibus
dictum est

Tormentilla est huius planta quinque
folia ad modum pentafilon habens
florem citrinum parvum tendentem ad
quadrangularitatem et habet radicem
rubeam coloris tendentem ad obscuri-
tatem quandam etc

Ualeriana est fu
Ualeriana est species foliorum
Uber est membrum
alis in quo fit
generacio lactis
De complexione nota
quod est frigidum et siccum
propter neruos plu-
res in eo exis-
tentes Ut dicit Auicenna
De proprietatibus quod
est nutrimentum
multum et maxime quod est plenum
lacte igitur non detur quod sit
varium quoniam non faciliter digeritur
et hoc propter substantiam neruosam et villosam
ideo oportet bene decoquatur quia
bona decoctio facilitat digestionem
Item uber et testiculi sunt medii
saporis pinguia sed testiculi gallorum
sunt meliores uberibus sed aliis
testiculis ubera sunt meliora et fa-
cilioris digestionis

Uenter ut hic capitur est stomachus avium
i. in quo finiunt cibus et potus
De complexione nota quod est frigidus et siccus propter
multitudinem neruorum quia maior
quantitas eius est neruosa sed quod digeritur
hoc est contra caliditatem cordis et a-
liorum membrorum circumstancium ut
habetur in 2a 3a De proprietatibus nota
quod est difficilis digestionis preter illas
partes frigide et sicce unum inter alios
stomachos stomachi galli vel galline sunt
meliores digestionis Unde tunica
interior pulli confortat stomachum et
confert dolori eius Unde pars
rugosa capiatur et lauetur cum
aqua Deinde cum vino odorifero
et exsiccetur in umbra et comedatur
et cum aliis confortantibus stomachum
fit electuarium cum zuccaro etc

Uerbena idem Auicenna est berbena

Vermis est res satis nota. De quo
nota quod suffumigacio ex eo
facta confert cataracte. Et desiccat
ulcera. Item abscondit sanguinem.
Item euellit superfluitates fleumaticas
que sunt in stomacho et in intestinis.
Item occidit lumbricos et ascarides etc.

Vermis secundum auicennam est vermiculus
qui in arbore genina inuenitur
et cum tangitur statim vertit se
ad modum globuli. et est alter ver-
mis qui dicitur vermiculus qui habet
multos pedes qui reperitur circa
vasa vinorum qui etiam cum tan-
gitur vertit se ad modum globuli
et dicitur alio nomine porcellio secundum
auicennam autem dicitur [illegible]. Et sunt ver-
miculi habentes multos pedes exis-
tentes circa vasa aque vel fontis
et loca humida. De quorum natura
dicit quod digestio eius assimilatur di-
gestioni cerusse. Vnde est subtilio-
ris substancie quam cerusa et est fri. in pri-
mo sic. in 2o. De proprietatibus nota
quod vermiculus tritus cum oleo rosarum valet
in dolore auris. Item si teritur
et detur in potu multum valet in
ictericia quia deopilat. Item si de-
coquatur et miscetur cum melle valet
in squinancia et asmate et in suffo-
cacione multum emendatur. Item
porcellio valet in prolongacione uvu-
le. Vnde uvula relaxatur multum con-
stringitur. Item si cum oleo coquitur gra-
natorum bulliatur valet in dolore aurium
proueniente a calida re. Item valet in squi-
nancia et in puncturis venenosis.

Vespertilio est animal notum quod
alio nomine noctula appellatur
et est fri. et sic. De proprietatibus nota
quod ex eo fit vnguentum quod prohibet tu-
mefactionem et magnificacionem
mamillarum puellarum et modus
est talis capiuntur vespertiliones 7
oleum communis rosarum et citoniorum et
bulliant et fit colatura in qua
aliqua fiat stiptica ut cerax
[illegible] sigillata et cera fit vnguentum.
Item folia sanguinis valet ad hoc. Item a-
liqui dicunt quod prohibet ortum pilo-
rum sed hic non est verum. Item si
capitur cerebrum eius et miscetur cum
melle prohibet aquam descendere ad
oculos. Item cinis eius. Item
cinis eius acuit visum abstergendo.
Item valet in ungula ad oculum.

Vinacia dicitur illud quod manet
extracto succo de uvis quod est fri.
et sic. De proprietatibus nota quod emplastrum
ex eo factum valet in apostematibus calidis etiam
in calidis. Remittit enim caliditatem.
Item decoctio eius valet in fluxu
ventris. Vnde sedeat paciens in
ea. Item confert in fluxu humiditatis
ex matrice. Vnde sedeat mulier in
decoctione eius.

Vinum est res nota et duplex est
scilicet vinum novum antiquum et
medium. Vinum novum quod mustum
appellatur est ca. et hu. in primo. habet
enim multas partes aqueas subtiles
racione quarum non est multe caliditatis
sed istis resolutis et vinis purificato
inducit maiorem caliditatem et dicit
quod mustum seu vinum novum prohibetur dari
in febribus. Mediocre est ca. in 2o
hu. in primo. Vnde doctores non
graduant ipsum in humiditate. An-
tiquum secundum auicennam est ca. in 2o et sic.
loco secundo. Et nota quod dicitur ab-
solute vinum tunc debemus intelli-
gere vinum vinosum et non aqua-
ticum. De proprietatibus nota quod valet
a proprietate sua assumptionem opii vel
mandragore quia habet confortare
calorem naturalem et spiritus naturales.
Et etiam quia calidum existit et
proprie vinum antiquum in isto commen-
datur. Item in regimine sanitatis
vinum novum non commendatur quia
causat replecionem capitis et fluxum
ventris quia est grossum. Et ra-
cione grossiciei etiam diuersa so-
mnia inducit et racione humiditatis
fluxum inducit etiam nocet
quia inflat. Nec vinum antiquum
commendatur in regimine sanitatis
propter excessiuam caliditatem quia est
exsiccatiuum valde. Sed vinum medi-
ocre et unius anni vel dimidii
confert in regimine sanitatis. Item
vinum diuersificatur ex parte coloris
quia est album nigrum et rubeum.
Sed in regimine sanitatis optimum
vinum est album odoriferum sti-
pticum et clarum. Illud enim confor-
tat et corroborat digestiua et im-
pinguat et digerit melius nutrimentum
quam vinum novum. Item vinum gros-
sum plus inebriat quam vinum
subtile quia ab eo plures va-
pores grossi ad caput eleuantur
qui diu in capite morantur. Vnde

vinum subtile non inebriat quia
fumi eius resolvuntur a capite quam
vini grossi. Item vinum subtile le-
dit nervos quia imbibit ipsos et
mollificat eos est enim penetrativum.
Item vinum subtile forte non debet
dari hominibus caput debile et ner-
vos debiles quia maxime pene-
trativum est et ducit fumum materias
ad loca debilia nervorum. Vinum
autem debita quantitate multum confert
sed indebita quantitate multum nocet.
Quantitas autem vini diversificatur secundum
consuetudinem regionum etatem et tem-
pus. Unde consuetis competit
alia quantitas quam non consuetis iuv-
enibus alia quam iuvenibus. Unde senibus
quantum potest tolerari. Iuvenibus
vero pauca quantitas. Et alia quanti-
tas est sumenda in estate quam in
hieme. Item forte vinum debet
misceri cum aqua. Item si vinum
misceatur cum oleo deinde provocat vo-
mitum quod valet in dolore renum et
vesice quia per talem vomitum
trahuntur et ducuntur materie a lon-
ginquis partibus et valet calculosis.
Item valet in congelatione lactis in
stomacho. Item vinum antiquum valet
in illis qui nimium sudant quia
exsiccat. Item fex vini quod tar-
tarum dicitur de qua dictum est si ad-
veniret ex eo fit oleum tartari. Vinum
ponitur in tegula clausa ad ignem
in fornace et extrahitur et cum oleo
humectatur deinde distillatur et
illud vocatur oleum tartari quod
valet in paralisi. Item fex vini com-
busta abstergit defedationes cu-
tis et capitis nocet dentibus teneris
quia ulcerat potenter. Item fex
adusta valet in magnis putrefactio-
nibus et in ulceribus fraudulentis.
Item si abluitur et cum [illegible]
et abluatur abstergit oculum et
removet maculas et cicatrices eorum.
Item valet in apostematibus mamillarum
et in apostematibus fluxus dissolvendis.
Item fex combusta quam non com-
busta restringit fluxum [illegible]. Vinum
ex ea fit emplastrum cum aqua decoctionis
[illegible] et mirtillorum et
supponitur pectini. Item restrin-
git fluxum ventris emplastrum
super ventrem quia prohibet
fluxum humiditatum ad intestina.

Viola est planta cuius folia
similia foliis malue producens
florem celestini coloris. De compositione
nota quod est frigida et humida in secundo gradu.
De operationibus nota quod valet multum in
principio apostematum calidorum quia
ipsa sola emplastrata repugnat materie
morbi. Item valet in principio
obtalmie calide et in dolore capitis
calida. Item confert inflationi oris stomachi
tam ab extra quam ab intra. Item
dicit [illegible] quod flos eius qui viola
appellatur valet in epate sua proprietate.
Item laxat ventrem et solvit e-
ducendo coleram sicut eius solutio est me-
dica. Item valet in tussi calida. [illegible] zucarum
violarum valet in febribus calidis colericis quia
removet inflammationem seu caliditatem
stomachi intestinorum et aliorum me-
brorum. Item dicit auctor quod viola
est urine provocativa et hoc facit ratione
alicuius specialitatis occulte ut cali-
ditatis et sic confert dolori renum
et purgat urinam. Item decoctio
eiusdem facit etiam si emplastretur.
Sirupus violarum fit uno modo sic capiuntur
flores et violarum et decoquuntur et
cum zucaro conficitur illa decoctio.
Alio modo extrahitur succus et
conficitur. 3° capitur aqua
distillationis eius et cum zucaro
conficitur.

Virga pastoris est planta cuius
due sunt species masculus et fe-
mina. Masculus producit virgulas
que super superficiem terre exten-
duntur et non in altum et habet
folia similia foliis rute. Unde sunt
longiora et minora unde recipit se-
men coronam unde dicitur masculus.
Sed femina est planta cuius sustollitur
a terra elevata et habet nodositates
minora quam sunt folia extensa et
assimilantur foliis pini. De compositione
nota auctor dicit eam esse frigidam sed
non graduat eam in humiditate
quia producit multos effectus pro-
venientes ex siccitate. Possumus
igitur dicere quod recens habet quan-
dam humiditatem que cito ab
ea removetur et quod sit in substantia
sua sicca. De operationibus nota quod in
2°. est frigida et humida in 2° quia est
valde repercussiva. Unde valet in
principio apostematum calidorum. Item
emplastrata removet inflationem stomachi
sua frigiditate. Item competit in
herisipila et flegmone. Item

contrita et applicata consolidat vul-
nera recentia. Item absumit flu-
xum sanguinis et consolidat ulcera antiqua.
Item removet saniem a baculo(?). Item con-
fert sputo sanguinis provenienti ex ruptu-
ra vene. Item valet excoriationi inte-
stinorum. Item valet ulceribus matricis
et absumit fluxum humiditatum a
matrice. Unde fit clistere ex succo
eius. Item valet contra morsus venenoso-
rum si sumatur cum vino. Item dya-
scorides dicit quod valet febribus predictis si suma-
tur ante paroxismum. Item succus eius valet
in fluxu sanguinis undecumque veniat et
masculus est fortior in operibus su-
is, sed femina licet easdem operationes
sed sunt debiliores.

uerce ecs ∂ simar kl z

Viscus calidus est nota et optimum
quod crescit in arbore quercina fe-
rentes glandes et bonum debet esse
rubei coloris in superficie interius
viridis coloris et producitur etiam
in aliis arboribus. De genere nota
quod viscus est calidus et siccus in 2o. De
proprietatibus nota quod valet in passio-
nibus pectoris. Unde capiantur folia
et bulliant in aqua ordei et fit co-
latura que valet laborantibus flegmate in pe-
ctore. Valet pro papulis. [illegible] passi-
onibus sebesten [illegible] capilli [illegible] bul-
liant et fit colatura cui addatur
mel semen urtice et aliqua aro-
matica [illegible] et fit electuarium
quod educit potenter flegma de pectore.
Item decoctio seminis eius provocat
urinam. Unde cum foliis urtice
et aliis detur cum vino. Item
viscus quercinus suspensus collo
epatici valet quia calidus est subtiliativa
attractiva et resolutiva materie
grosse a qua dependet talis passio
quod non attrahit a profundo materias
grossas et viscosas. Item valet
in apostematibus duris dissolvit enim et
mollificat. Unde cum cera tale
et fiat unguentum quod etiam
removet duritiem splenis. Item
aliquis ex eo cum rasura pini et cera
faciunt unguentum in apostematibus duris.
Item viscus valet in dolore sciatico
quia educit materiam a profundo et
resolvit et subtiliat ut requiritur
in ista passione. Item mixtus cum
auripigmento et calce removet defeda-
tiones unguium. Item mixtus cum
thimiamate curat ulcera antiqua.

Vitis calida est nota quod due sunt
species domestica et silvestris
que similiter dicitur [illegible] planta sing-
ularis valde in longum protenditur
et assimilatur domestice et cortex
eius faciliter removetur. Huius folia similia
platani domestice. De genere nota
silvestris calida et sicca in 2o sicut in 3o. De
proprietatibus nota quod folia eius et fo-
lia sunt satis abstersiva removent
lentigines [illegible] et alias defedationes
cutis. Item radix silvestris decocta
cum vino vel aqua educit aquam
ydropicorum. Item flores exsiccati con-
fortant stomachum. Unde qui florescit tunc
colligantur flores et exsiccentur in um-
bra et restringunt ventrem quia
absumunt fluxum sanguinis. Item emplastrum
ex floribus exsiccatis contritis et oleo
rosarum valet in zona proveniente a materia
calida. Item ex flore trita et melle
fit emplastrum in scabie ulcerosa. Item
valet in fluxu superfluo [illegible]. Item flos
combustus et exsiccatus valet in pas-
sionibus oculorum et emplastrum factum ex
flore removet tumefactionem et in-
flationem oculi. Item pulvis pre-
dictus valet contra fluxum sanguinis undecumque
quia restringit et exsiccat. Item
succus eius est nigri coloris qui assi-
milatur confert stomacho ad quod fluxum
ventris detur cum vino. Item pulvis flo-
rum confortat gingivas a quibus
fluit sanguis.

Vitis domestica que est duplex
quedam culta quedam inculta.
Culta assimilatur in operibus viti
silvestri. De genere nota quod est fri-
gida et sicca quia sunt [illegible]
tempore magni caloris. De
proprietatibus nota quod ex foliis et
capitellis in nodositatibus fit em-
plastrum in zona. Item succus foliorum
valet in ulceribus intestinorum et con-
fert spuentibus sanguinem et laborantibus ar-
dorem stomachi quia abstergit in-
frigidat et exsiccat. Item valet
in mulieribus pregnantibus habentibus
appetitum abiectum et humiditates
malas in stomacho quia reprimit eas.
Item de ea fit aqua per infusionem
que habet proprietatem in frangendo la-
pidem. Que etiam removet impetiginem
serpiginem et scabiem ulcerosam.
Item aqua abstersiva unde valet
mulieribus. Item qui combinuntur
fluit quedam humiditas que unde

abstergit sed illa aqua que fluit de cortice est efficacior Item gu-
mma sive lacrima emplastrata removet
verrucam. Item cinis sarmentorum
vitis mixtus cum aceto curat e-
moroydes et ficus in ano crescen-
tes et valet in morsu tyri. Item valet
in incisione nervorum. Unde cum aceto
fit emplastrum. Item ex cinere eius cre-
ta mixta et aceto fit emplastrum in apostematibus
splenis

Vitis alba est planta que alio
nomine fesse dicitur cuius folia
assimilantur foliis vitis domestice
Rami sunt minores et habet fructum cuius
color cum assimilatur karabe et
habet radicem albi coloris. De complexione
nota quod est calida in fine secundi et sicca in 3o
De operationibus nota quod confortat stomachum
extremitates stipitis vitis albe. Item
provocat urinam. Item valet asma-
ticis. Unde cum melle et aliis appropri-
atis fit electuarium. Item si mulier se-
deat in decoctione eius provocat menstrua
et etiam adusta datur Secretum
partum quia stringat rationem
et laxat ventrem ut dicit Platearius.

Vitis nigra est planta que alio
nomine fesera cuius folia assi-
milantur foliis edere de qua dictum
est de f et habet capreolos ut vitis
alba producens fructum similem
racemo uve tendit ad viriditatem
cum acredine. De complexione nota quod
est eiusdem complexionis cum viti albe. De
operationibus nota quod radix valet in
epy apoplexia et paralisi et habet folia
conveniunt cum foliis vitis albe. Sed
non est tante efficacie. Item dicit
Serapio quod hec vitis nigra valet in
vulneribus acrium et humorum. Unde
pulvis imponitur abstergit et mundi-
ficat. Item valet in contussio-
nibus nervorum et in duritie splenis.
Item educit menstrua et urinam. Item
valet in morsu venenosorum

Vitrum secundum doctores est duplex
quoddam minerale quod repe-
ritur in minera in petris fructis
et magnis coagulat illa frusta
Et aliqui dicunt quod cristallus sit
species vitri. Aliud est vitrum ar-
tificiale factum ex cinere et illud
est levius Et nota quod ex diversis mix-
tis fiunt vitra Unde si ligna
et lapides comburuntur et appo-
nitur cinis albus conteretur in

vitrum. De complexione nota quod est calidum in
primo siccum in 2o De operationibus nota
quod abstergit dentes. Item removet
furfures capitis. Unde teratur et
ponatur in lixivio. Item facit nasci
pilos ut dicit Avicenna cum oleo de rosa.
Item planat capillos ut cum li-
xivio lavantur capilli. Item removet
albugines oculorum. Unde fit al-
cohol. Item removet albas et guttas
desiccationes. Item fit electuarium cum can-
taridibus quod valet in lapide renum et
vesice. Item quandocumque combinetur
non convertitur in aliud mixtum unde
non potest. Item valet calvicie capilli
quod est eorum generatum

Urina est res nota cuius generatio
est in epate. De complexione nota quod
est calida et sicca in 2o Unde quo circa diu
fuerit secundum diversitatem animalium que alia
calida sunt urinam magis calidam
Et inter urinas animalium urina hominis
est magis debilis propter multas su-
perfluitates que attemperant calidita-
tem eius Et assimilatur urine porci do-
mestici. Item urina castrati e
debilior non castrati quia per
castrationem homines debilitantur
et infrigidantur ac effeminantur. De
operationibus nota quod urina hominis
valet contra morsum animalium venenosorum et contra
medicinas mortiferas et venenosas
Item valet splenetico ut dicit Avicenna
quod quidam spleneticus sompniavit quod
biberet urinam hominis et cum
vino fit emplastrum quod restringit
fluxum sanguinis sua siccitate. Item
ex ea et melle fit emplastrum quod valet
in abstersione oculorum. Item valet
in scabie quia potenter exsiccat et
consolidat ulcus ut narrat Serapio
Unde mingitur prima pluvia et
ponitur super ulcera ita faciunt
rustici. Item valet in fetore narium
quia aperit colatorium et subtiliat
materiam. Item qui bibit mingit hec
urina eius venit in lapidem qui
dissolutus confortat stomachum. Unde de-
beat cum aliquo liquore appropriato
dari sepius. Item urina capre data
cum spica valet in ydropisi yposar-
ca quia educit materiam. Item
urina porci silvestris fracta et operata
educit lapidem de renibus. Item
urina asini confert doloribus
renum. Item urina hominis de-
cocta cum porro valet doloribus

incertus. Unde melior sedat in eo. Item
urina hominis si instilletur cum melle
abstergit sorditiem aurium. Fimo pre-
dictis sorditiem et sedat dolorem eius.
Et idem facit urina caprae immixta
cum nitro. Item faex urinae valet in
herisipila. Item urina caprae valet
in podagra sanguinea quia extrahit hu-
miditates in fluxibus existentes. Item ab-
stergit pannum morphea et lentigi-
nes. Item ex urina fit medicina
quae in vitreis conservatur. Item
foetida aperit opilationes colatoriorum.

Urtica est planta cuius duae sunt
species quia una est urtica mor-
tua cum tangitur non mordet. Alia
est quae est mordicativa in qua ma-
ior virtus existit: et causa est quia in
illa sunt partes subtiles in superfi-
cie et ideo penetrat ad partes pro-
fundas et partes sunt calide ideo
mordicant. Et istarum est diversa spe-
cies quaedam habet folia longa lata. Quae-
dam vero parva et non longa. De complexione
nota quod calida est et sicca in primo gradu. Siccitas
in 2o et semen non est tantae siccitatis
ut folia. De proprietatibus nota quod folia
eius cocta in aqua ordei et potata va-
lent in passionibus pectoris pro pinguibus
aliquibus addunt fimus sebesten una
passis liquiricie capilli veneris et
semen urticae bulliant et addunt
mel cum aromatibus ut magis inci-
sum fit electuarium quod educit flegma po-
tenter de pectore. Item decoctio
eius data cum vino provocat urinam
vel applicata pectini cum appetat
experiri sumit. Item emplastrum ex foliis
valet in ulceribus fraudulentis et in cor-
rosione narium et capit extuatas
per autem ac resolvit apostemata. Item
semen eius incitat coitum. Item
emplastrum ex ea valet in cancro et in a-
postematibus duris. Item nasale factum
ex semine eius et melle provocat apostemata. Item
urtica est solutiva ventris et ideo di-
citur quod habeat proprietatem solvendi
sed solvit abstergendo. Item si de-
coquitur cum limaciis educit ma-
teriam flegmaticam quae est in ventre. Item
comesta cum cepis et ovis provocat
coitum. Item semen eius dissolvit
opilationes et in colatoriis narium
existentes. Unde educit potenter materias
per nares.

Usnea dicta est muscus usnee et us-
nea usnee est cortex subtilis
eiusdem arboris. Sed usnea est
planta quaedam quae alio nomine
vocatur sterra passeris. De complexione
nota quod est calida et sicca in 3o. De proprieta-
tibus nota quod provocat urinam. Item
3i potenter removet difficultatem u-
rinandi. Et 3ii faciunt aborsum. Item
3ii vel iii educunt aquam ydropicorum.
Item provocat menstrua. Unde detur 3 i
vel 4. Item 3 x sunt venenum
propter multam caliditatem acutam ipsius
et fugat alia venenosa etc.

Utricion est planta habens virgas
amminutas crescens super aquas
habens folia similia foliis papaveris. Et est
duplex albus et citrina rubens. De complexione
nota quod est calida in 3o sicca in 2o. De pro-
prietatibus nota quod provocat urinam dis-
solvit enim sanguinem congelatum in reni-
bus vel vesica. Item frangit la-
pidem potissime si cum flore biba-
tur. Item bibita cum vino provocat
menstrua. Item facit pessarium factum ex
eo et aqua eius. Item oleum eius dis-
solvit duritiem matricis et opila-
tiones eius. Item bibitum cum
camomille et epithimo solvit melancoliam
et flegma. Item aperit emoroydas. Item
confert ranis aquosis. Item con-
fert dolori splenis. Item confert
dolori colico et vesice. Item notandum
succo et oleo eius ideo debet dari cum
confortantibus stomachum sed resolvit hu-
miditates fluentes ad ipsum et sic
dicitur sibi conferre. Item valet
in asmaticis et epilenticis. Item o-
dor eius inducit somnum. Item
oleum eius valet in corrosione narium
unde decoquatur et in spongia
ponatur super locum. Item valet
in fistula. Item confert apostematibus
frigidis resolvit enim sanguinem congela-
tum in stomacho. Item resolvit apostema-
ta et sic. Item provocat sudorem
et aperit orificia venarum.

Uva est res nota. Et sunt
complures quaedam domesticae quae-
dam silvestres. 2o vue passe. De complexione
nota vue domesticae sunt calidae et siccae.
et de quantoplus accescunt tanto plus
minus calidae et sic. Sed de quanto magis
sunt superiores de tanto sunt fri-
gidiores et sicciores. Possumus
dicere quod agreste sunt frigidae et siccae
in primo. Agresta quatuor sit di-
ctum est de ea similiter de eius
proprietatibus et operationibus

Uve mature sunt teneriores statim ut corticem quia et medullam vinacia sua extrahuntur. De complexione nota quod cortex est calida et sicca in primo secundum in 2o. De proprietatibus nota quod simpliciter de stipite et comeste similiter non sunt utiles in via cibi quia adhuc sunt aquositatem grossam inflamantem, sed debent servari ad 2m vel 3m diem. Et si sic servantur sunt bone nutrimenti si bene digeruntur. Si autem non tunc generant humores grossos et crudos. Item nocent vesice quia generant humores viscosos qui ad vesicam transmissi inferunt nocumentum. Item uve mature plus nutriunt quam uve passe quia uve passe sunt quandam stipticitatem habentes unde non nutriunt.

Uve passe sunt duplices quedam habent grana et quedam non. De complexione et operatione dictum est de passulis.

Uve grana sunt grana uve exsiccata. De complexione nota quod sunt frigida et sicca in primo. De proprietatibus nota quod valet in fluxu ventris. Unde exsiccantur et pulverisentur, pulvis valet et in fluxu sanguinis. Item valent grana in dolore intestinorum quia exsiccant et constringunt et debent pulverisari et cum aliquo viscoso ut farina ordei bibi et diu maneant in intestinis et eo melius operantur.

Vulpes est animal notum et est calida et sicca, et pellis eius est multe caliditatis, ideo in regimine sanitatis non valet quia valde calefacit et excitat, sed frigidis et humidis ut podagricis et fluxis valet. De complexione nota quod carnes eius est mali nutrimenti et dure digestionis. Item ex eo fit oleum vulpinum quod valet in doloribus iuncturarum. Dicunt tamen doctores quod licet oleum non semper inducit sanitatem quia caro natura est viscosa et pinguedo tamen non potest sufficienter materiam extrahere. Et fit sic: coquitur caro vulpina et ponitur in vase et ponitur super ipsum oleum et coquuntur cum aliis appropriatis. Aliqui ponunt super eum aquam quia tenuis consumitur quam oleum et fit colatura. Alii capiunt vulpem mortuum et coquunt eum in oleo. De operationibus nota quod Rasis predicit capiunt multi vulpes et decoquant in multa quantitate olei vel et patiens dolorem iuncturarum vel paralisi sedeat in illa decoctione maxime resolvit materias aptas fluere ad iuncturas. Item pulmo eius habet magnam proprietatem maxime in tussi. Unde exsiccatur et detur cum appropriatis. Item adeps vulpis est magni iuvamenti in doloribus iuncturarum. Item adeps valet in dolore auris a materia frigida. Si gutta eius auri stillatur et confortat omnia membra nervosa quia in aure sunt nervi multi etc.

Xifeon vel xisilon est planta sicut folia oblonga et acuta habens hastam aptam ad quantitatem cubiti et habet duas radices parvas quarum una est ut alia. De complexione nota quod est calida et sicca in primo 3o. De proprietatibus nota quod si radix superior miscetur cum vino et aliquo emplastro educit res effixas corpori ut acus spinas. Item si ex radice et foliis fit emplastrum removet humores et duritias corporis. Item radix et folia supposita mulieri provocant menstrua. Item radix superior bibita cum vino provocat libidinem. Item radix superior bibita et inferior bibita valet in dolore colico.

Xiloaloes est lignum aloes et alio nomine secundum aliquos dicitur agugel. De ortu huius ligni doctores discordant. Aliqui dicunt quod in partibus valde distantibus reperitur per annum. Alii dicunt quod crescit in paradiso terrestri et rami vetustati cadunt et deferuntur in aquis ad homines. Alii dicunt quod crescit in montibus acutissimis inhabitabilibus et prae vetustate cadit et sic defertur ad nos. Quid sit puto quod nullus scit locum eius. Et bonitas cognoscitur ex colore quia tendit ad aliqualem nigredinem. Et etiam cognoscitur si ponitur ad aquam tendit ad fundum, si non est bonum. Et dictum est de proprietatibus et complexionibus supra.

Xilobalsamum est lignum balsami ut supra.

Xilocaracta

Xilocaracte est lignum caracte. Illius fructus quem sitones vocant cornua et habet grana que sunt septica.

[C]alidus est secundo gradu. Ypericon est planta cuius sunt tres species. Prima habet folia similia foliis rute et habet stipitem rubei coloris et florem albi coloris et redolet sicut cetera. Alia species est cuius flos est citrini coloris et istam perforatam appellamus et alio nomine herba sancti Johannis et dicitur quod fugat demones et removet incantationes et fascinationes fieri in domibus et ideo in tectis ponitur et habet folia parva et foraminosa et flores croceos que etiam dicitur scopa regia. Tertia species habet folia maiora quam habet secunda species fere in duplo maiora. Et iste due species producunt semen simile papaveri nigro. Sed prima producit semen ad quantitatem ciceris. De quo nota quod dicitur quod sit calidus et siccus in secundo. Alius dicit quod sit calidus in secundo siccus in fine 2i. Dicitur quod hic loquitur de prima specie. Alius de aliis. De proprietatibus nota quod provocat urinam et menstrua. Unde fit decoctio foliorum vel fit nascale et fiat alicubi. Ad idem valet suffumigium eius. Item datum in potu valet in dolore sciatico vel fit emplastrum. Item dissolvit apostema frigidum unde fit emplastrum. Item pulvis eius valde consolidat ulcera et vulnera. Item emplastrum factum ex eo valet in combustione ignis. Item valet in paralisi. Item semen eius bibitum curat quartanam.

Ypoquistidos est planta habens grossitudinem ad modum digiti et est parve altitudinis et succo eius utimur. De quo nota quod est frigidus et siccus in tertio et virtus eius assimilatur balaustie. De proprietatibus nota quod valde prohibet fluxum materie ad iuncturas et ad oculum et ideo venit in obtalmia. Item restringit ventrem et sedat fluxum sanguinis narium. Item prohibet fluxum .... Item valet in ulceribus intestinorum quia est exsiccativum et prodest etiam in vulneribus.

Yreos est planta que alio nomine appellatur lilium celeste. Et dicit Platearius quod yris et yreos sunt eiusdem virtutis nisi quod yris gerit purpureum florem sed yreos album. De quo nota quod calidus est et siccus in tertio secundum alios in secundo. De proprietatibus nota quod pulvis radicis eius consolidat ulcera difficilis consolidationis et valet in fistulis. Item succus eius bibitus valet in passionibus pectoris quia educit flegma grossum et masticatum. Item oleum eius valet in eisdem passionibus ex succo radicis et melle fit lectuarium. Item abstergit pannum et lentigines unde fit linimentum cum farina orobi. Item est bonum contra ... in apoxima ... et removet .... Item succus foliorum mixtus cum oleo rosarum valet in zona quia resolvit et exsiccat. Item succus foliorum et radicis cum melle coctus ad spissitudinem consolidat vulnera. Item succus radicis aperit emoroydas unde ex eo fit linimentum. Item suppositorium factum ex eo provocat menstrua ... faciat abortivum et ideo non detur pregnantibus. Item succus removet dolorem dentium similiter si fit decoctio et ablutio oris. Item in ... cum aliis appreciatis fit suffumigium. Item oleum eius valet in dolore matricis et aliis doloribus. Item radix valet contra venenum. Item oleum eius valet in rigore febris unde spina dorsi inungatur. Unde decoctio eius provocat menstrua unde sedeat in ea mulier.

Ysopus humida fit in armenia isto modo. Nam capitur lana et ... modicum et ponitur super titimallum ... colligitur sordes lane ex qua sordide ysopus humida fit. Alio modo in ytalia fit etiam ex sordibus lane nam quod ponitur lana super titimalla sed illa non est tante virtutis. De quo nota quod primum modum est calida in tertio habet enim magnam caliditatem a titimallo. Sed que 2o modo est calida et sicca in primo. De proprietatibus nota quod ysopus humida secundum primum modum valet in passionibus pectoris quia maturat mollificat et resolvit et digerit flegma in pectore. Ideo ponitur in unguentis pectoralibus. Item resolvit apostema duricia epatis et splenis. Item valet in duritie

ternu vesice quia conuenit frigi
ditati illorum membrorum Item vz
in apposteme oculi resolvendo maturam
mollificat virtus in spasmo etc.
Ysopus absoluto nomine est her
ba omnibus et nota De complexione
nota quod est ca et sicca in 3o quem
admodum calamitus De proprietatibus
nota quod decoctio ysopi cum oxi
melle valet in dolore dentium
quia resolvit et extenuat Item valet
in tinnitu aurium Vnde cum ficubus
fit suffumigium Item vz in passioni
bus pectoris quia digerit materiam et
dissoluit ac facit expectorare Item
vz in tussi antiqua in asmate et
in difficultate anhelandi et propter
hoc in yera sulutia vel decocti
o eius tamen appreciatur Item gar
garisma ex decoctione eius vz
in sforatione gutturis Item re
movet sanguinem congelatum sub
oculis cum ea resoluit et abstergit
Item vz in ydropice quia resol
uit et digerit Item digerit materiam
flecam et educit eam et vincta
eius augetur si misceatur cum pre
cis et cathamo Item provocat vri
nam et excitat et fit vz ydropicis
Yda est species tannepithees cum
aliquibus dicitur quod fit ma
iorana vide de hac nota hic quod
hic stipitem unum sursum prensum
et habet folia parva circa stipitem
aliqualiter lata Item quodlibet
folium versus anteriora habet tres
vel extensas et oblongas per mo
dum foliorum primi et sunt ali
qualiter pilose superius et inferius
ymo et habet odorem primi et
in summitate habet florem citrini
coloris primi mellilloto similem
et stipes tendit ad rubedinem
sua proprietate maxime confert
contractionibus nervorum et mitigat
unde malam complexionem ner
vorum generat alterat et eos
confortat et ideo valet tam extra
applicata sive in embrocationi
bus vel locionibus quam etiam co
mesta cocta cum vitallo ovorum
Vnde etiam salvia melle fari
na ordei fit emplastrum quod vz
in doloribus intestinorum
Zamalabum est arbor ma
gna que crescit in mon
te libani desem et pro-
ducit virgultas ad quantitatem cala
mi cum quo scribunt arabici et
in eis et in foliis est virtus et odor
eorum assimilatur odori ... De complexione
nota quod est ca et sic in 2o De proprieta
tibus nota quod virtus eius appropinquat
virtuti ... et aliquando ponitur
loco eius et odor eius non est ma
gna Item succus foliorum cum oleo ro
sarum mixto valet in zona fit Item vz
... et stomachum infrigidat Item folia
et virgulte confortant cor Item vz
in corporibus fluxis Item restringit ve
trem Item folia sunt resolutiva
ventositatum stomachi et intestinorum
Zamir est planta cuius due sunt
species quedam dicitur triangula
latine ... in grecos vocatur
... et dicit Avicenna quod vocatur
malum silvestre et est arbor producens
folia similia foliis arboris mali
De complexione nota quod Avicenna non grad
duat eam sed ex operibus propter elige
quod sit fri et sic. Gamil De proprieta
tibus nota quod vincit coleram et hu
... Item restringit flu
xum ventris Item nocet stomacho et
inducit ... Item est contra
... ex quo ... fri et sic
Item restringit fluxum sanguinis
Zekarac est storpandega etc.
Zeduaria est radix plante cuius
dam de qua dicunt doctores
quod assimilatur aristologie rotunde Vnde dicit
Avicenna quod zeduaria sunt porciones
sive frusta similes aristologie rotunde mi
nores tamen ea Illam que reperitur
circa plantam napelli melior est
quam napella quam crescit circa eam
nocet sicut ille quam non crescit
circa eam De complexione eius Avicenna
et Serapio non faciunt mentionem sed
Platearius dicit quod fit ca et sic in 2o
De proprietatibus nota quod valet contra
omnia venena sumpta ad intra
quam etiam applicata ab extra Vnde
in morsu venenosorum aliquis fit emplastrum
ex ea et loco applicetur Item
valet contra ... passionem et
provocat appetitum Item valet
contra sincopim Item vz assum
ptionem napelli Et dicunt do
ctores quod loco eius propter hoc ter
...lud et ... Item sua proprie
tate confortat cor et stomachum con
spissat superfluas humiditates stomachi
Item valet corporibus fluxis ...

fri et hu. Item confortat cerebrum
fri et humidum.

Bendarar est planta in arabia sa-
tiva nota habens folia satis mag-
na, sed in istis partibus invenitur. Nescio de
complexione nisi quod est ca et sic quod arguitur
ex operationibus. Unde auctor non concordat
de proprietatibus nisi quod valet in sciati-
ca passione. Item decoctio eius
valet in difficultate urinandi. Item
educit sanguinem coagulatum in ve-
sica et valet in morsu animalium venenosorum.

Xilocaracta est fructus cuiusdam
arboris quae xilocaracta appella-
tur. Xilon est nomen generis
graecorum in [illegible] etiam capitur
pro arbore ut dictum est. Et xilo-
caracta alio nomine dicitur carra-
be. Et est fructus longe quantitatis
et habet grana que sunt cornu-
a, cuius copia invenitur in insula
Cipri. Et cum flat ventus fit so-
nus terribilis propter concussionem
illorum fructuum et arbores non
sunt extense in altum sed disper-
se in latum. De complexione nota quod
est fri et sic in primo. Cum fru-
ctus recens participat aliqualiter hu-
miditate et dulcedine. De proprieta-
tibus nota quod minuit superfluum flu-
xum [illegible]. Item siccus removet
verucas [illegible] est auctor.
Item est lenitivum ventris sed
non confert stomacho quia est difficilis di-
gestionis. Item exsiccatus constringit
ventrem. Item provocat urinam.

Birmar est viride eris et est du-
plicis diffinitionis. Quoddam est
artificiale et quoddam naturale quod
reperitur in mineris. Artificiale fit
isto modo quia capiuntur lamina
eris et ponuntur super vas aceti
[illegible] ex vaporibus aceti congrega-
tur quedam materia [illegible] lamina
ista que colligitur et ponitur in va-
se vitreato et inde conficitur vi-
ride eris. Et illud artificiale est
minus forte naturali seu minerali. De
complexione nota quod est ca et sic usque ad
4m gradum. De proprietatibus no-
ta quod est corrosivum et excarativum
carnis. Unde valet in vulneribus
[illegible]. Item valet in
scabie. Unde miscetur cum melle
et liniatur locus simul; valet
in scabie equorum et in iumentis.
Item consolidat ulcera. Sufficit

consolidationis et removet car-
nes putridas eorum. Item removet
alterationes que fiunt in naribus
et carnes superadditas naribus. Un-
de pulvis eius insuffletur naribus. Item
valet in ulceribus gingivarum. Un-
de fit tritum vel unctum et applicetur
gingivis. Item decoctum cum li-
[illegible] constringit gingivas.
Item removet inflationes palpe-
brarum oculorum et carnem superflu-
am. Item abstergit potenter oculum
et subtiliat pellem in oculo existentem.
Et quando pulvis eius oculis imponitur tunc [illegible]
[illegible] in oculum ne sua
siccitate nimium oculus lederetur. Item
valet in fluxu emorroydarum. Unde cum [illegible] armoni-
aco fit linimentum.

Zinziber est radix cuiusdam herbe
que portatur de partibus Indie. De
complexione nota secundum Serapionem est ca et hu in
3o; secundum auctorem est ca in 3o, sic in 2o.
Pro quo nota quod esse humidum in complexione
intelligitur dupliciter. Uno modo actu-
aliter et effective et sic non est humidum
[illegible] ut vult auctor. Alio modo
dicitur humidum [illegible] humiditatis
[illegible] ut vult Serapion. De proprietatibus
nota quod [illegible] humiditatis causat ventositatem que
requiritur ad erectionem virge. Dicit Serapion
quod [illegible] primo calefaciunt stomachum et geni-
talia, deinde alia membra. Habet
enim proprietatem et respectum ad genita-
lia. Item valet epati frigido et splen[i] quia
deopilat et confortat ista membra
infrigidata. Item confortat digestionem
impeditam a frigiditate et humi-
ditate. Item clarificat visum. Un-
de pulvis eius imponitur oculis. Item di-
gerit materiam fleumaticam et dissolvit eam
ac expellit eam. Item valet contra
venenum [illegible]. Item con-
firmat comestionem fructuum frigidorum
et humidorum ut melonum et aliorum etc.

Zinziber caninum est planta [illegible]
[illegible]. Unde dicit auctor quod sit
olus notum et hic forte in ara-
bia sed in ytalia et hic non habetur.
Habet folia similia foliis salicis
et est sicut piper aque et eius
folia tendunt ad citrinitatem et [illegible]
[illegible] est rubei coloris et sapor
[illegible] est similis saporis. De
complexione nota quod est ca in 2o secundum
auctorem. Sed glosa dicit quod sit ca
in 3o, sic in primo. De proprietatibus

nota quod interficiat tineas unde de-
bet esse ad comedendum Item si em-
plastretur removet et abstergit desic-
cationes cutis Item resolvit scro-
phulas et apostemata dura si applice-
tur per modum emplastri

Zizania est lolium supra 3

Zuccarum est res nota quod in in-
sula cypri et in partibus ultra mari-
nis crescit Unde sunt quedam can-
ne que dividuntur in parvas partes
et ponuntur in caldario et fit bul-
litio fortis et cum aqua tunc exit
succus quidam qui cum excocatur zuccarum
dicitur et pulvis zuccari est fex zuccari
cum enim extrahitur liquor de
cannis tunc colligitur subtilius
et remanet grossum et terrestre quod
pulvis zuccari dicitur Et in cannis sunt
partes quedam adherentes ipsis cannis
et illud dicitur zuccarum candi Unde quod inve-
nitur zuccarum naturale sicut frustum
salis De complexione eius discordant
doctores unus dicit quod est calidum et siccum ad sub-
tilitatem et humiditatem et aliud [illegible] quod in medio pri-
mi gradus De proprietate nota quod
sua substantia est lenitiva et sua vir-
tute et complexione abstersiva Item
valet in tussi antiqua quia lenit
partes gutturis Item lenit sua substan-
tiam asperam et sua virtute su-
perfluitate abstergit Item zuccarum tam
naturale quam artificiale mundificat vi-
sum et abstergit Item cum non
facit in colera [illegible] non ita fa-
cilit ut mel et ideo febricitantibus non
debet dari in magna quantitate Un-
de dicitur cum ptisana tunc in-
frigidat ratione aque et abstergit
ratione zuccari Item solvit et abster-
git Item [illegible] in oculo [illegible]
Et nota quod pulvis zuccari ponitur ta-[illegible]
et magis [illegible] ideo in clisteribus
ponitur pulvis zuccari propter maiorem
abstersionem sed pro pluribus ponitur
aqua zuccari ut pulvis etc.

Zuccarum alhusar est manna
cadens super quasdam plan-
tas et sunt sicut frusta salis et
ratione plante habet amaritudinem in
parte exteriori interius vero est dulce
De complexione nota quod est calidum et siccum in
primo De proprietatibus nota quod acuit
visum quia abstergit Item le-
nificat pulmonem Item confert y-
dropisi si cum lacte cameli misceatur
Item confert stomacho et capiti Item comedere

zuccarum valet in passionibus renum
et vesice quia sine mordicatione
lenit et abstergit Nota quod zuccarum rubeum
est pulvis zuccari et non est ita bonum
ut zuccarum

Busse est arbustum quoddam quod
assimilatur rute et alio nomine
dicitur dmaragma De complexione nota quod est
calidum et siccum in 2o eo quod assimilatur rute
De proprietatibus nota quod resolvit ven-
tositatem Item folia radix et semen
excitant [illegible] quia in excitatio-
ne assimilatur rute Item folia eius
valent in punctura scorpionis et com-
puncturis aliorum animalium venenosorum

Zurumbeth est planta similis
cypo unde folia habet maiora et
habet radicem minorem odoriferam ra-
dice cypi De complexione nota quod est calidum
et siccum in 2o De proprietatibus nota quod
removet odorem vini et [illegible]
Unde volentes accedere dominas [illegible]
et ut Item impinguat et inducit
letitiam cordi Item confortat stomachum
et prohibet fieri vomitum Item restrin-
git ventrem et ut in morsibus venenosis
Sed cum zeduaria plus valet Item
resolvit ventositates interiores stom-
achi et intestinorum Item valet corporibus
flematicis frigidis Item confortat
epar et stomachum infrigidatum etc.

Operis pro fine filius Dei sit sine
Christus Marie laudetur sic ab [illegible]
[illegible] finiat ne [illegible]

In nomine dei misericordis cuius nutu sermo meus recipit gratiam et doctrina perfectionem. Principium verborum Johannis filii Mesue filii Hamech filii Hely filii Abdella regis Damasci. Verbum cadit inter inquirentes scire quid est quod commemorati sunt de rectificatione medicinarum simplicium solutivarum. Multi sapientes scripserunt in dispersione sua, nec quisquam eorum plenam traditionem ex hac intentione condidit, sed per diversa capitula de dictis commemorati sunt dispersam doctrinam, hanc dimittentes. Quidam vero ex dilectissimis nostris quibus ex caritate tenemur nos deprecati sunt ut opus unum ex hac dispersione colligeremus in unam preceptorum aggregationem sufficientem, quorum necessitatis exaudientes preces hoc opus aggredimur cum auxilio et bonitate dei qui sit benedictus. Confiteor quod prebens preceptorum horum aggregationem felicem de thesauris largitatis sue summa felicitatis. Ordinamus quoque opus nostrum sermones duos. In primo scientia universalem de rectificatione medicinarum cum conditionibus et modis eius. In secundo particulares sermones in unaquaque medicinarum de esse et posse et rectificatione specialiter, et in hoc terminabimus.

Descriptio capitulorum primi libri et intentionum aggregationis similiter in libellis nostris.

Prima intentio ponit conditiones in electione et posse medicinarum solutionem facientium. Secunda ponit conditiones in emendatione maliciarum in ipsis. Tertia ponit conditiones in emendatione maliciarum redundantium ab ipsis in hora solutionis. Quarta ponit conditiones in emendatione nocumentorum accidentium per purgationem. Primum est de electione medicinarum que fit per comprehensionem iudiciorum earum secundum esse ipsarum. Secundum est de electione medicinarum que fit per apprehensionem iudiciorum earum secundum posse ipsarum.

Secunda intentio continet summas 2.

Prima summa de rectificatione medicinarum cum proprietate alterius medicine, et continet 4 capitula. Capitulum primum est de rectificatione medicinarum cum eo quod est oppositum eis specie sua. Capitulum 2m est de rectificatione ipsarum cum eo quod opponitur eis qualitate sua. Capitulum 3m est de rectificatione ipsarum cum eo quod opponitur eis effectu suo. Capitulum 4 est de confortatione sibi invicem ad associandarum.

Secunda summa est de rectificatione medicinarum cum bonitate quam acquirunt per artem, et continet 4or capitula. Primum est de modis coctionum medicinarum. 2m de modis lavationum medicinarum. 3m de modis infusionum medicinarum. 4m de modis triturationum earum.

Tertia intentio continet tria capitula. Primum si medicina movet et non evacuat. Capitulum 2m si medicina indebite et laboriose solvit. Capitulum 3m si medicina solvit ultra quam oportet.

Quarta intentio continet tredecim capitula. Capitulum primum de febre per purgationem. Capitulum 2 de dolore capitis per purgationem. Capitulum 3m de vertigine per purgationem. Capitulum 4 de debilitate visus per purgationem. Capitulum 5 de debilitate stomachi per purgationem. Capitulum sextum de siti per purgationem. Capitulum 7 de singultu per purgationem. Capitulum 8 de dolore stomachi per purgationem. Capitulum 9 de excoriatione intestinorum per purgationem. Capitulum 10 de egestione sanguinis per purgationem. Capitulum 11 de tenasmo per purgationem. Capitulum 12 de laxitate et debilitate corporis per purgationem. Capitulum 13 de spasmo per purgationem. Continet igitur liber iste primus 24 capitula.

Capitulum primum de electione medicinarum que fit per comprehensionem iudiciorum earum secundum esse ipsarum.

Omnis medicina laxativa aut non est ex re complexionali, sicut quia talis est et neque ut decantatur in genere quam genere, sicut quia talis, et neque quia similis attrahit vel lenitatem vel exsiccationem, aut quia calidum, sicut quia talis est et neque quia grave aut leve agitatum simplex vel mixtum, sicut quia talis dotata est autem de causa aut virtute elementaria aut celestia. Hoc quidem communi. Hinc propria etiam celestium et mixtorum calidum et frigidum autem solutivum aut non quod calidum neque quia frigidum, sed quia celesti virtute dotatum sit ipsius mixtionem regulante, et ab hoc quod solutivum et illud nos probatum

al. quod

similiter

distinctio

iudiciorum

i. e. de emendatione nocumentorum in hora purgationis

al. evacuat

Intencio prima

quod

prima intencio ponit duo capitula

aliud vero aliud et aliud et si quid a celesti tale super omnem fecerit. Inquit philosophus: Deterius quidem rei naturalis proprietatibus. Omnis enim quidem similiter mouetur a forma sua, agit quod proprium est. Utique enim multis rei est accidentia nisi quam species regulat. Sed aut rectificare non est medici sed eius qui super alterius agit. Comparari aut inconuenientes esse alie minime. Etiam utique fit recte, sed et contraria se inuicem fugiunt, non attrahunt.

distractionibus et lineationibus

Inquit Iohannes Mesue: Bonitas ampliusque oportet ex actis plurium in materias cum distractionibus et lineationibus regulatis nature fit. Ductio enim egri est opus nature, formando vero per quod cede fit, est ipsum [?] itidem natura quod ministrum artifici. Ait enim ipse: Est ministrare nature curare, non medici. Medici vero dignius opus est porrigere nature. Cum autem quod porrigitur nature opus vincit quantitate et malicia, in prudentia eius efficacius efficit operationes. Unde quantitas superexigentia naturalem transgressionem efficit et dat nocumenta multitudinis. Malignitas vero et multitudine et alterius atque alterius modi imprimunt nocumenta. Et tua interest malignarum atque molliorum medicinarum apud te habere diras, nam sunt et malignarum quedam genera super quibus de efficacitate non ambigitur, sicut meseron et grana et euforbium et in quibus plurimum sunt similiter, ex tithimalus niger et agaricus niger et durus et collo quintida singularis in planta sua et scamonea agrestis, coracis etiam, a quibus elonga te oportet, nisi forsitan contingat ex eis quedam in magnis causis, et tunc super hoc presumendum est cum timore et cautela. Nam in quibusdam morbis competunt venena ut serpentes in lepra. Purificatione tua malicie sue ultima si possibile est vel saltem qua melius est fieri potest. Quadam remedia post et plurimum scolaces et perpue pluries et noua presumunt super illis nondum completa, non habentes prouisione et ignorantes quod est super venenum perniciosum et ignorantes lesionem quam faciunt possidere membra que sunt minime virtutis cum ipsis virtutibus

Inquit Iohannes Mesue: Non tamen habes fugere oportet vim et omnis, et etiam si elongatiores sint, nisi obstruantur cum ductiles et modi quorum remparabi[?] minime si deus voluit. Consideratio autem que est trahens investigationem bonitatis et malignitatis in ipsis est quadripartita. Unaque enim considerare oportet conditiones dispositionis que sunt ex parte substantie. Quarta conditiones dispositionis quas res consequitur a genere sua. Quarta ab eo quod consequitur eam et de locis. Quarta destinat tercium aliquid odor aliquis sapor. Et quarta ex dispositionibus que acquiruntur tempore ex et loco et vicinitate unius medicine ad alteram. Conditiones quidem que sunt ex parte substantie sunt grave et leve et subtile et grossum, tenerum et tenax, rarum et spissum, et ab hiis acquiritur scientia malignitatis et bonitatis medicinarum. Etiam quidem ex eis ponderosiores virtute sunt leviores quidem meliores sunt, graviores vero maligne sunt. Etiam scamonea et aloe leviores quidem meliores et collo quintida, similiter et euforbium et bdellium et agaricum et similia. Nisi sit ex eis in quibus requiritur aggregatio substantie sicut hermodactilis et [?] et lapis lazuli. Hec enim inferiora et graviora meliora sunt et humiditatem habentia superflua. Leviora meliora sunt sicut agaricum [?] et thimbit et poli[?] et squilla et similia. Et medicine quidem facientes operationes suas occultamento graviores meliores, etiam mirabolani graviores quidem meliores et species [?] similiter et absinthium [?] est melius et similiter succus [?] et similia. Et que mensurantur pleno et vacuo graviora meliora sicut cassia fistula et tamarindi et been et [?] et similia. Et facientes quidem operationes suas [?] et lubricationem faciendo graviores quidem meliores sicut psillium [?] et cassia et prunia et sebesten et similia. De commensuratione rei subtilis et grosse dicetur paulo post.

Videtur autem tenerum et tenax a subtili vel grossa dependere substantia. Creditur enim subtile tenerum et grossum tenax, sed non adigitur

al'. lenificando

simplicis attendendi. Ex grossicie enim
subtilitate rerum inveniuntur tenere et
tenacia et ex rebus subtilibus sic similiter
inveniuntur tenera et tenacia. Inve-
niuntur enim aloe et tenera et tenax
et scamonea et species salis et lamach(?)
et inveniuntur sarcocolla tenax et anacar-
di quare non leve subtile et grossum
tenax causa tamen. Videtur autem pu-
ritate vel impuritate hic magis esse. In
primis subtile tenerum, in primo autem
tenax grossum. Super primo igitur
et in primo subtili et grosso signi-
ficant magis tenera et tenacia. Insi
forte sit aliqua ex rebus cum ma-
teria sit humiditas viscosa sicut zuccarum
nabet albhos et nabet et albhos. Horum enim prun-
us subtilius est tenacius. Gene-
autem mensurantur denso et raro pro-
portionalia sunt eis que mensu-
rantur gravi et levi. De quibus
sermo presens. Prosequitur de iuvamentis
Inquit Galienus sumptas a complexione
[I]nquisitive debes ex parte con-
sideratione complexionis quod medicina
calida dat consecutiones iudiciorum [illegible] prio-
rum que sunt calefactio subtiliatio
rarefactio maturatio digestio aperitio vi-
arum etc. Et si superfluat mordica-
tio sitis desiccatio et similia. Et
si ultima acuitas et inflammatio
et attractio superflua et consumptio
et opera rubificationis et cauteri-
zationis. A frigida quidem effectus
iuvamentorum eius qui sunt infrigi-
datio inspissatio et indigestio coartatio
congregatio compactio et similia. Et
si superfluat coartatio et oppilatio.
Et si ultima congelatio et mor-
tificatio. Ab humida humectatio
lubricitas leviatio conglutina-
tio et si superfluat oppilatio ventri-
cositas nausea et similia. Siccam
vero medicinam consequitur desicca-
tio attenuatio et similia, et si ul-
tima spissitudo et [illegible] et similia.
Et medicine [illegible] sunt calide fri-
gide et humide sicce et adhuc
calefacientes. Et ubi quidem omnis
medicina quanto temperamento vi-
cinior tanto melior. Preterea
autem remota ab hac ultimata
vero in qualitatibus suis maliciosior
nimis dignior indicatur ut vene- ditatur
[d]ictus autem de molli et duro
sunt indicia specialia molle enim rei
obedientia durum vero est repugnat

asperio et leni indicat et molli quidem et duro

quare quidem hoc facile illud vero
difficile passibile est et alterabile.
Et ubi sic est ut sit hic facile
corrigi illa vero non facile. Sed et
asperi et levis sunt quedam indicia et
enim hoc quidem scrius illud vero humi-
dius. Levitas namque medicinis asso-
ciata et parve violentiam virtutum ipsius
ad latus membrorum declinare facit
sic et alius similiter et parve que utique
sunt modo possibili nasi asperitas
vero facit [illegible]. Nam et collo[illegible]
levis bona aspera mala et ab-
sinthium similiter et fumus terre et
stercora [illegible] asinini et agaricum
et alia similia. De electione medicinarum
Et de odoribus quidem per odores
[E]ligere debes quod odor bonus in
medicina ipsam ad latus membro-
rum declinare facit et illud ideo
quia dilatat viam et spiritus et vir-
tutes reparat et virtutum membro-
rum confortat. Gravis vero odor
facit contrarium horum et efficit
[illegible] difficilius et la-
boriosius. De electione medicinarum per sapores
[I]nquit Galienus consequens medicina que
que sunt de esse saporum magis
sunt apud me super investigatione
malicia et bonitate medicinarum
solutionem facientium. Inveniuntur enim
virtutes earum ad medium [illegible]
tes. Et competit hic loqui de sa-
poribus quantum ad eam indicia per-
tinet super cognoscenda malig-
nitate et bonitate [illegible] sunt est
ab eis consecutio dispositionum [illegible]
parva. De operatione acuti
saporis. Acutum est facile inflamma-
bile mordicativum penetrativum adu-
stivum excoriativum aperitivum carmina-
tivum ventositatum excitativum fac-
iens sitim extenuativum intestina incisivum
subtiliativum [illegible] attractivum a
longinquis resolutivum et sunt eo-
rum suam [illegible] et fortem et
est cum subtili substantia confortativum
amari et cum debiliter et tar-
de solventium. De operatione amari
Amarum autem est desiccativum con-
sumptivum faciens sitim aperitivum
orificiorum venarum excitativum pre-
servativum a putrefactione attractivum
in tardius quam acutum. Aliter
[illegible] resolutivum incisivum faciens cor-
rosiones [illegible] excoriativum fa-
ciens fluere sanguinem [illegible]

ventositati et ponit operationem suam fortem et tardam. et est in comparatione subtilitatis receptivum acuti. De operatione salsi

Salsum vero est incisivum abstersivum subtiliativum liquefactivum mordificativum prohibitivum a putrefactione roborativum. submersivum provocans ad vomitum excitativum faciens sitim exsiccativum et mundificativum cum abstersione aptum et ponit operationem suam debilem et tardam et est cum mediocri substantia. et est confortativum omnium debilium et tarde solutivum. De operatione ventosi

Ventuositas quoque est lenitiva lubrificativa relaxativa mollificativa abhominativa nauseativa ventositatum generativa opilativa et ponit operationem suam tardam et debilem et est cum mediocri substantia receptiva acuti et amari et salsi. De operatione dulcis

Dulce autem est lavativum lenitivum opilativum ventosum et ponit operationem suam debilem inter citatam et tardam mediocrem et est cum mediocri substantia receptivum acuti amari et acetosi et confortativum insipidi. De operatione insipidi

Insipidum vero lubrificativum ventositatis extinctivum opilativum et inspissativum et ponit operationem suam tardam et debilem et est cum mediocri substantia receptivum acuti et amari et salsi et acetosi. De operatione stiptici

Stipticum quoque coadunativum attentivum consolidativum inspissativum et ponit operationem suam tardam et debilem et est cum grossa substantia receptivum in sim quae diximus sicut acutum et salsum confortativum. De acetosi

Acetosum quod est penetrativum apertivum masticativum divisivum subtiliativum et inspissativum exasperativum abstersivum extinctivum et ponit operationem suam citam et mediocrem inter fortem et debilem et est cum subtili substantia receptivum acuti et confortativum dulcis et insipidi. Et debes scire quod medicinarum deteriores sunt in quibus est acuitas pura sicut est euforbium et mezereon. Similiores autem in quibus est amaritudo pura sicut est coloquintida et cucumer asininus et similia. Et quae composita est ex acumine et amaritudine 1 ab acumine et amaritudine declinat tanto a malitia. Et ab illis autem

1 est inter eas sicut scamonea et quantum

plus elongatur a malitia omnes in quibus cum acuitate est stipticitas sicut epithimum et alhaser. Et illas quoque in quibus cum amaritudine est stipticitas sicut reubarbarum et fumus terre. Et quae composita est ex partibus acuitatis et amaritudinis et stipticitatis est inter eas sicut sticados. Et vel quia est in eis proportionem acuti vel amari. Vincens stipticitas innocuum reddit. Et innocuiores quae ex eis sunt in quibus adest dulcedo sicut cassiafistula et tamarindi vel manna. aut insipidi sicut mirtillago ... aut sapor compositus ex dulci et acetoso sicut pruna et tamarindi. Declinant etiam ad latus innocuum quaecumque ex partibus amaritudinis et dulcedinis composita est sicut viola. Et magis ea in qua cum hiis est stipticitas. Singulis medicinarum etiam associata ipsam ad latus innocuum declinare facit. Quare scire debes quod animalia sunt partem compellet naturae propter quod interdum supplendum est cum arte in quo natura deficit. Ars enim imago naturae et sequela eius. et nos dicemus auxilia quae sunt partem post. De cognitione medicinarum per colores

Colores autem quidem ad partem ... non dant scientiam ... quae fit expressio sicut vult in particulari sed innuendo significant de bonitate et malitia quarundam medicinarum sicut diximus. Scamonea vero aut ... bona. nigra mala. Et agaricus albus bonus niger malus. Et similiter de coloquintida. Et diximus ... bonam et diximus de aliis alia quidem particulares sermo de eis fieri potest. Modum autem sufficientem ostendit ... naturalis. Loquemur in particularibus et de coloribus medicinarum bonae vel malae ... cum hiis aliis.

Hic prosequitur canones sumptas ab ex... De tempore collectionis

Tempus quod determinat de esse et iudicium medicinarum quo colligende sunt et quo non et in quibus ... dicere potest. et quod quidam ... meliores et innocuiores et aliquae maligniores. et aliquae re-

teneriores etiam mollificativiores et aliqui
maligniores. De etatibus medicinarum
Secundum quod virtutem fortiorem debes eam
ex eis amare antiquas debiliores
etenim fortiores cum sit amaritudo ex se
ultime sicut est fortitas. Et acute
antiquiores mediocriores. superat enim
superfluitates caloris earum inflamma
bilis et frangitur acuitas cum re
sidet. Juniores vero fetose infla
mabiles. Juniores quidem et stu
pide. mollificativiores. Et dulces me
liores mediocres. Et meliores et in
sipide sunt. etenim recentiores humido
habundant superfluo. causa ad infla
mationem et ventositatem. Et sal
se antiquiores fetose et iuniores
contrahentur causa ad subversionem
et vomitum. mediocres vero meliores
Et debilem quidem virtutem habentes
et que debilis sunt texture. et
que virtutem habent facile resolubi
lem aut propriam in superficie. iu
niores meliores. Etenim antiqui
tate earum virtutes resolvunt tempus
et in ceteris erunt. Tu autem dico
antiquiora vel iuniora. intelligo
hic quod iuste mensuramus de eo
libus secundum genus suum. nam nec anti
quiora nec [illegible] nec iuniora nec
examen durum durum intelligo
Nos autem de tempore collectionis
medicinarum et de extensione vi
te earum tractabimus in particularibus
si deus voluit. Nota de differentiis earum
Locus vero est. accipitur ex loco quo nascitur
ex magis frangentibus ad generati
onem et acquiruntur per ipsum di
spositiones et proprietates in rebus
Inquit enim plato. communit natura
naturans loca virtutibus et in eis
sepellentur proprietates plantis et
aliis quales (invenientur) secundum genus suum et
in terra non libera. declinant ad
latus egressus eius. Dum planta
attrahit et ea quod suum est. puta
humorem sibi convenientem. Nam
lupinus attrahit necessitate terre
et vincit dulcorem eius. et collo
quintida amaritudinem ex partibus suis
adustis et similiter cucumer asi
ninus. sed hic non est lupinus magis
asinini die ac nocte postquam ra
sus fuerit cortex eius et exsicce
tur, est enim ultimum ad egritu
dines melancolie. thimebit autem
de terminatione et cortione su
stinet omne quod mediocre no
cumenta autem eius expellit
aqua mellis calida et aqua
zucc. xx. gr. ca. cum oleo amigd.
thimebit confortati solu **Proprie**
tione educit humores fleuma
ticos grossos et viscosos et a
ventositate et inetunias ipere et
ipsum quod mundificat stomachum
et expellit ab eo superfluitates
adherentes in villis eius et mun
dificat pectus a fleumate grosso
et putrido et educit a iuncturis
et locis nervosis anchis
humorem grossum et viscosi
matis ad dolores iuncturarum
et vsus eius preservat a lepra
et ab infectionibus fleumaticis
sicut est morphea et baras. est
enim medicina bona febrium
fleumaticarum. is autem qui su
mat timeat austrum et ab
horreat pisces **Dosis**
eius contriti pondus ℥ a ℥ ii usque ad
ii 7 decocti pondus ℥ a ℥ ii.
Agaricus **De Agarico** [instead]
est ex medicinis magni

iuuamenti cuius ortus est super ar
bores magnas quibus iam accidit
corrosio et putrefactio et eius quod
est sicut quod fungorum propter quod
quidam existimauerunt quod sit fun
gus. et quidam dixerunt quod est
sicut aqua facta per modum putre
factionis. **Electio** Alius ma
sculus alius femina. masculus vero
est malus et est ille species qui
est longus niger et grauis et
lucus in facie sicut productione
humorum et est durus et densus.
Agaricus autem quem sapientes
laudauerunt est femina et est
huius proprietates v. bonas vt
sit albus et leuis et velociter
frangibilis et porosus ut appa
reat dulcis in principio gustus
eius. et renouetur valde deinde suc
cedat ei amaritudo et stipticitas
et melior pars totius corporis
est superior pars ipsius. et su
per eam non est bonum huius
sed simile ligni putrefacti et
porosum ex eo est malum **Com**
Calida est in **plexio et proprietas**
primo et sicca in 2o. Et est com
posita a substantia acea posita in
superficie ipsius aqua in primo
gustu sentitur dulcis et ex par
tibus terreis subtilibus dissol
uens et stipticitatem in quibus
adhuc dominantibus igneis est
meo de amaritudine aliquid
et ipse quod est subtiliatus re
solutiuus masculus solutiuus na
ture et carminatiuus vento
sitatum grossarum aperitiuus
opilationum omnium **Rectificatio**
Causa nocumenti dixerunt illud
esse sapientes. Cum est debilis
et tardans operationes suas.
Inquit dyascorides: tarda est
et debilis eius operatio secundum mo
dernis propter quod in ipso de
dulcedine et stipticitate aggre
gantur partes. Conueniet tamen
vigoratur eius operatio si adda
tur ei tercium ipsius salgem
me et fiant ex eis trocisci cum
scamabum, et dixit humaym
intellectu adiutorium ei viga
rat operationem suam. Et dixit
Mesue si ex eo et sexta parte ipsi
us et zinziberis et dimidia et quar
ta pars ipsius salgemme fiat

cror(um) cum viscositate polipody re-
centis fit mirabilis confectio
corporis ipsius ad ea que opp(ilata).
Dixit indeus cum oximelle ...
similitudo magnificatur ... eius
et dicit addit aliquid virtute
acutum admixtum et est ex addi-
tionibus virtuti ipsius 7. B. fiant pre-
ex eo cum vino infusionis ʒʒ.
in quo pulvis ipsius sepe submer-
gatur et fiet ... complec-
ta. et ex rebus additis sibi vigo-
rantibus ipsum est spica et asa-
rasci(?) et ... sumpta ex caps
et scito q(uod) de decoctione et tri-
turatione rem ... medio-
crem Dosis de solutione edu-
cit fleuma grossum et ... 7
dicit B. solutione educit utramque
coleram et fleuma et humores
grossos et putridos et proprietas eius
est mundificare cerebrum et ner-
vos et membra sensus et lacer-
tos et educere materias que sunt
in nucha et finibus eius et mun-
dificare pulmonem et pectus ab
humoribus viscosis et putridis
et mundificare stomachum et epar et
splenem et renes et matrices
mulierum et educere materias a
iuncturis propter quod vocant
Democritus agaricum medicinam
familie quia ad singularum
comoditatem se habet et valet
ad omnes dolores intrinsecos cor-
poris et est medicina mirabilis
ad scotomiam(?) antiquam et epilepsiam
et vertiginem proprie Confert
etiam manie et melancolie
et egritudinibus humorum et a-
postematibus cerebri et est ex
medicinis bonis asmatis et
difficultati anhelitus et ulce-
ribus pulmonis et pectoris
et sanat dolores stomachi et visce-
rum et est medicina egritudi-
num cum quarum mater est op-
ilatio sicut est yctericia proprie 7 ydro-
pisis et grossities splenis et co-
... ... epatis ...
manifestum et splenis similiter
et renum et rumpat apostema eorum
et provocat urinam et menstrua
et mundificat matricem 7 usus
eius aufferet feditatem colo-
ris accipientis et colorem bo-
num et est ex medicinis educen-

tibus vermes et confert etiam
striature(?) et doloribus iuncturarum
et eius quod augmentum ad fe-
bres antiquas dissolutiorum(?) materiarum
et ad ... magnum est
et proprie cum eo quod conve-
nit est ex potibus. Dosis
eius contriti pocio est a ʒ i usque
ad ii et in decoctione a ʒ ii usque
ad v. conservatur autem per annos iii.

De Colloquintida

Colloquintida
est quam perses vocant
cucurbitam deserti que nascitur
in planta quam etiam fel terre vo-
cant eo quod in toto ambitu cir-
cuius interficit herbas et est si-
cut venenum eis Unde vocat
eam arabes necem plantarum
et eius folia sunt ampla pali-
sa et extenduntur rami eius super
faciem terre sicut extenduntur
cucurbita et terra propinquam ia-
cet videtur quod adustat Electio
Duorum est modorum scilicet ma-
sculus et femina super quem na-
scitur sicut lanugo et est gra-
vis cum durare et asperitati
attinens et nigredini et lauda-
tur ex eis femina et proprie ha-
bens proprietates has Bona autem ut
sit scilicet colloquintida grossa et le-
vis et quanto levior melior 7 sit
laxa alba et levis complete
maturitatis et cuius pecis piti-
or est pulposa et laxa et levis
et alba vehementer albedinis
Illa que non est completa in
maturitate mala est contur-
bat enim suscipientem ipsam et
ventositatem cum difficultate
facit et solvit superhabundanter
et solutione educit sanguinem
et fortasse interficit et cum si-
gillatur cum toto germine
plante ut nascatur colloquintida
bona cum illa mala principa-
liter est venenum et cum in
tota regione non est nisi plan-
ta eius una per se nascens
est mala et que nascitur in
terris fortibus et paludibus(?)
aut iuxta loca reptilium aut
in locis ... colloquintida
facit innocens et sunt similiter
male que nascuntur in terris
laxis et arenosis et liberis
est que eligatur et extrahitur

pulpa eius tempore dilatat eam
tempore aut collectionis eius est
autumnus et propter diem calefacit
et remanet in eo viriditas ipsius
Est calide com Cam. et Pref.
plexionis et sicce in .3. et est com-
posita ex partibus igneis et par-
tibus terreis adustis et est so-
lutiva attractiva secundum veritatem
et eius attractio est multum
a remotis et est resolutiva inci-
siva et abstersiva Quatuor
sunt corrigibilia in ipsa nocet
enim stomacho cordi et epati et est
continuativa subversiva visce-
rum faciens opiles difficiles
et aperit orificia venarum a
petione sanguinem fluere fa-
ciente et operatur illud ve-
hementius quam aloes et excoriat
vias Emendatur primum et
secundum nocumentum ex ea comisce-
do cum ipsa ex medicinis cor-
dialibus et stomaticis et epaticis
que meliorare possunt con-
ditionem eius sicut additur ei
propter mastix et gallia et simi-
lia Emendatur aut tertium et
quartum nocumentum ex ea cum
rebus acquirentibus ei viscosi-
tatem et conglutinationem et re-
moventibus ab ea frigiditatem et
cito lubricare eam facientibus
sicut est dragagant propter et
bdellium et gummi et mastix
et similia Et dixit Gretus
sumit ex ea et laudano simi-
de partes equales post fricatio-
nem eius cum oleo rosarum pallide
et sunt bone satis ad ea que
opportet Rectificatio M.
Modus rectificationis eius secundum
quod narravit filius Serapionis
infundatur pulpa eius in aqua
mellis et propter decoctionem
misce et exsiccetur post illud
et teratur ultima contritio-
ne et administretur cum aqua
mellis predicta Modus recti-
ficationis eius ex inventione
nostra mundatur minutissime
cum pincerio et involvatur
subtili involutione cum glu-
tino dragagant aut bdellii
et exsiccetur et conteratur post
illud ultima contritione et
fiant trocisci cum pauco mastice

resoluto in oleo rose vel cum lau-
dano vel cum aqua mellis. Hec
enim res illam facit sine mole-
stia Et scias quod de decoctione eam
completam sustinet Et dixit fi-
lius Serapionis. Oportet ut multum con-
teratur Ultima enim eius pulve-
risatio excoriat vias et venas et
dixit filius Serapionis. Oportet ut per-
veniatur ad ultimam pulverisatio-
nem eius Aliter enim ulcerat vi-
scera, et michi quidem videtur quod
in ultime pulverisata constringit
virtus a permixtione adiutorii
ei. et pertransit loca viscerum
absque impressione nocumentorum
in ipsis et forsitan in ea re-
quia non exquisite fit illud pro-
tamen pensata ex ea adherens
in villis et involucionibus adul-
terat et apostemat expellit aut
cum galbano vel oleo nucum
cum oleis predictis POSSE
Colocinde educit flegma et
humores viscosos attrahens
ipsum a profunditate membro-
rum et dixit Humayn solutio-
ne educit coleram citrinam
et eius operatio ad nervos et
iuncturas extenditur et dixit Dy-
ascorides non efficit opiles
in materiis que sunt in venis
de qua sit timendum nisi in
materiis que sunt in locis pro-
fundis distantibus. et eius posse
est magnum in mundificatione
cerebri et nervorum et lacer-
torum et pulmonis et pectoris
et est medicina magna egri-
tudinum earum sicut est dolor
capitis antiquus et dolor emi-
granei et emigranee difficilis et e-
pilentia et apoplexia et confert
egritudinibus nervorum omnibus
et vertigini et descensui aque
ad oculum et est res magni
iuvamenti ad asma et anti-
quam tussim et ad dilatationem
anhelitus et est eius operatio
virtuosa ad dolores iunctura-
rum et podagram frigidam et
sciaticam propter secundum co-
munem modum administratio-
nis eius in clisteribus etiam et collirijs
et confert colerice flegmati-
ce et inflative iuvamentum
ultimum et ydropisi et si suppositur

in matrice occidit fetum. et si
ex ea cum aceto forti fricetur
morphea sanat eam et similiter
lepram et elephantiam et si
clarificetur quod est intestinis eius
et impleatur et bulliat cum ci-
nere calido et inungantur capilli
denigrat eos et tardat cani-
ciem et prohibet casum eorum
et si distilletur ex ea in aurem
sanat dolorem eius et confert
sonitui earum in ea. et si imple-
atur aceto forti et colluatur
ex eo os post bullitionem ipsi-
us sanat dolorem dentis Dosis
ipsius est a caratis vi usque ad
x. Et aut qui sumit eam time-
at frigus et estum. Capitulum de po-
Polipodium est ra- lipodio
dix cuiusdam plante est ortus
super arbores et super lapi-
des et vocavit grecus filicem ar-
borem Electio
Quod nascitur in lapidibus hu-
miditatem habet superfluam indige-
stam causantem ad ventositatem et
subversionem et nauseam. Unum
melior est ex eo arborum et pro-
prie quod nascitur super arbo-
rem ferentem glandes et quod
est cum proprietatibus eius
bonis et proprie quod est grossum
et solidum et nodosum et cuius
color secundum aliquid participat
nigredine et rubedine sed pi-
catum et cuius confractum est sic
color fistici. et in quo est ex a-
romaticitate aliquid et in cuius
sapore est dulcedo cum sti-
pticitate declinante in gustu
ex amaritudine aliquid ulti-
mo et quod est recens Complexio et
Dixit dyascorides proprietas
est in 2o sic. in 3o. et dixit halis.
quod est et sic. in 2o. et est resolu-
tivum humiditatis viscosarum
grossarum et est exsiccativum et
abstersivum et solutivum Rectificatio
Et est ex maxime extenuantibus
et desiccantibus corpori et facit
subversionem et nauseam et est
eius operatio debilis et tarda
et tollitur ab eo nocumentum
primum administrando illud cum
aqua mellis aut cum aqua
psyllii aut aqua ordei
Dicunt hamech coquuntur cum

urine gallorum et gallinarum et fit
bonum solutivum conveniens et au-
fertur ab eo nocumentum secundo
si administratur ei aliquid ex se-
dantibus animam. sicut sunt
semina rediolentia et species sicut
anisum proprie et anisum et
semen feniculi et cetera et similia
de decoctione aut sufficient si-
sinet Posse solutione edu-
cit coleram nigram cum facili-
tate et fleuma grossum et mu-
cilaginosum et medicinas intu-
ratum et confert colice secundum
omnem modum administrationis
ius eius et dolori splenis et
proprie cum epithimo et sale
indo et confert ad melancolias
febres et proprie cum aqua
mellis et sanat scissuras que
fiunt in manibus Dosis est a
3 ii usque aut 4. De squilla
Squille sicut diximus duplex est
iuvamentum solutione enim
educit materias et preparat ad sol-
vendum Electio
Melior est habens parem sa-
la enim sicut dicitur est veneno-
sa et adhuc est melior que sa-
porem habet compositum ex dul-
cedine et acuitate et amaritudine
et que habet splendorem in laminis
suis et que nascitur in locis
ripariis orta enim in locis siccis
aut orta singularis est mala
Calida est in 3o Complexio et proprietas
sicca ad ipsum. est autem compo-
sita ex partibus igneis pontis
in superficie ipsius despositis et
acuitatis vehementia ex partibus
terreis adustis dantibus ei ama-
ritudinem et ex partibus aeris
mediocribus quare est in ea de
dulcedine aliquid et est incisi-
va alterativa. adustiva reso-
lutiva et attractiva materiarum
ad exteriora subtiliativa primum
grossarum viscosarum adhe-
rentium conservativa a putrefa-
ctione Rectificatio
Asserendo acquirit ei facilitatem
in solvendo et preparatio ipsius
in aceto ponit materias grossas
adherentia et submerse facil-
les ad solvendum ad expellen-
dum modus rectificationis vel
operationis eius in assatione accipitur

lamine ipsius et sepitum prod-
uuntur in pasta et sepellitur
in cinere calido donec coquat-
sufficient. Postea extrahitur ex
pasta et administratur ubi oportet.
Modus alius assationis ipsius
ponatur in vase luteo vitre-
ato stricti orificii et sigilletur
ligatione forti cum pergamenis
et dimittatur diebus .x. et
propter diebus maioris estatis
et moveatur vas et mutetur
vicissim omni hora ita quod equa-
liter in singulis partibus tale
fiat. Deinde extrahatur scilla
et administretur ubi oportet. Et
quandoque miscetur ei post assatio-
nem tantumdem ferme sibi
quantum ipsa est et fiunt inde
trocisci et conservantur ubi oportet. Mo-
dus operationis scilliticum quem
quod narravit G. Accipiunt ex
laminis eius et que sit
medie inter corticem et
corticem ipsius quantitatem
quam volunt et consue separa-
tim filo et dimitte exsiccari in
umbra .x. diebus post sume
ipsas in fenestra et pone addi-
tionem lb. aceti eius albi li-
m lb. vi et pone in vase vi-
treo stricti orificii constringe
caput ipsius et dimitte in sole
per alios .x. dies. Post illud co-
la et administra ubi oportet. et si
necessitas urgeat festinanter sepeli-
atur vas in cinere calido vel
arena calida cum successione
non repente sed paulatim inter
horam et horam. et dixit Pau-
lus lamine eius sicut sunt
ponantur in aceto a principio
veris usque ad principium esta-
tis in vase vitreo sigillato
et exposito soli et debes scire
quod scillitum de decoctione eius
fusumet mediocrem. Posse
Solutione educit humores
grossos et viscosos et dixit
Rufus. etiam cum hac solutio-
ne educit coleram nigram
eius iuvamentum magnum est
ad egritudines capitis sicut
est cephalica et epilepsia pre-
sertim omnem modum admi-
nistrationis eius et vertigo
et scotomia et oximel eius

positum magis viscosis facilis
ad expellendum et subtiliat hu-
mor. grossitudinem et ipsa qui-
dem secundum modum admini-
strationis eius confert egritu-
dinibus magnis iuncturarum. et
est medicina bona pulmonis
et pectoris et egritudinum in eis
proprie. etiam ex succo eius et
melle sumptum lambendo cla-
rificat vocem et similiter oximel
eius et acetum ipsius et est
ex medicinis bonis flegmati et
grossitiei ipsius. et est ex rebus
preservantibus corpus a putrefa-
tione et conservantibus ipsum
in sanitate sua et acquirit u-
sus eius maciem corporis et
conservat in iuventute corpus
et acetum eius excitat et con-
fortat gingivas laxas et pu-
tridas et confirmat dentes
motos est colluens ex eo et si-
militer potus ipsius medicina ma-
gis forti etiam faciens ipsum
odoriferum et sanat dolorem
stomachi et adiuvat ad digeren-
dum et usus eius secundum eundem
modum administrationis ipsius
confortat corpus cum accidit
laxitas et mollificatio et colo-
rem efficit bonum. Dosis.
Alnis eius aceti est a ʒ. v. usque
ad xii. et oximellis eius ab
ʒ. vi usque ad ʒ. iii. et troci-
scus a ʒ. ii. usque ad iii. Canon.
Hermodactilus Hermodactilus
est radix herbe montane
et alius longus sicut digitus
et alius rotundus. Electio.
Ille de quo hic loquitur est
rotundus et est eius alius albus
rubeus alius niger. melior
ex eis est habens bonas pro-
prietates. scilicet qui est albus vere
albedinis intus et extra. et qui
est durus mediocris. Qui vero cla-
sus et levis est debilis. ru-
beus autem et niger ambo ma-
li sunt et omnis ortus est in lo-
cis pinguibus aut humidis est
melius propter quod additur ei
ad superfluam humiditatem et
inflammationem et ortus in vi-
cinitate scille melioratur
in conditionibus suis. similiter
in vicinitate cepharum melius

vero tempus collectionis eius est
ver. et meliora sunt in quibusunque
perficit medius annus per bonam
eorum exicationem Com. et pp.
Calidus est et siccus in principio 2i
et in ipso est humiditas superflua
tam ad inflamationem et ventosita-
tem et nauseam generare est ma-
lus stomacho reumatizanti fe-
rit ad ipsum superfluitates ex me-
bris Rectificatio Tria sunt
corrigibilia in ipso Primum est
nocumentum quod imprimit in sto-
machum quod generat ventositatem
et subversionem et nauseam. et
3m est quod est debilis in solutione
Et dixit alex. inimicatur sto-
macho aggregans in ipso superfluitates
plures et generans in eo ven-
tositates grossas et tollitur hoc
nocumentum ab eo cum infunditur
cum eo cinnamomum et mastix et 33.
et similia et piper longum
cum eo et mastix et reupontici
semen eius removetur hoc no-
cumentum ab eo. et dixit alca-
digi. ex eo et pauco 33. fiat reo-
rum succo raphani. et vigorat
in operationibus suis. et ex eis que
magnificant illud et meliorant
conditiones eius est squilla s.
et species cum pauco spica 4. 33.
et species ex rebus sicut additis et
constringentibus dispensatione mei ad stoma-
chum proprium sunt miscibilis eo quia aggre-
gant et confortant stomachum
et faciunt citum descensum quia
cum sit ex tarde descendentibus
Solutione educit fleg- Posse
ma grossum et a iuncturis proprie
et est medicina magna arte-
tice et podagrice sumptus et
etiam cataplasmatus et proprie
cum farina orobi et vitellis
ovorum aut cum mica panis
pinguis et vitellis ovi et usus
eius impinguat corpus et au-
gmentum efficit in coitu 7
est medicina vulnerum abster-
git enim sordes eorum et con-
sumit carnes putridas in eis
defectus est ab anno. i. vestra ad n.
conservatur per annos 3. De yreos
Yreos autem ingenii grecorum
rus est radix herbe que
dicitur lilialis. cuius due sunt
species. est enim que florem
habet purpureum linteum gradacio-
nem diversitatis in purpureitate. sic
habet azurius terroris. et est yris et
propter quod nominatur yreos. et est
alius cuius flos est albus Electio
habens florem album debilior
est in omni re. et ex eis melior
est cuius radix est alba permixtus
rubedine secundum aliquid et grossa
dura et spissa. et in qua est aro-
maticitas sicut odor violarum
proprie cuius sapor est acutus
mordificativus propter acrimoni-
am ipsius. et habens nodos colle-
ctionis et melior pars plante
est radix. post illam flores. et
melius tempus radicum collectio-
nis eius est principium veris Com.
Calide complexionis est et sicce
in 3. et in ipso est amaro et acui-
tas abstersivus maturativus re-
solutivus aperitivus opilationi se-
dativus mundificativus solutivus
naturae et provocativus. florem vio-
lis calidum et siccum est in 2o.
. et est solutivus abstersivus cum
equalitate et est subtilioris substantie
propter quod oleum eius est sub-
tilius et maioris penetrationis
nocet stomacho propter quod Rectificatio
preparatur cum aqua mellis
et pauca squilla et emendatur in
conditionibus suis et similiter cum
aqua casei et melle et pauco ma-
stix ad causas pectoris 7 pulmo-
nis. sequitur olei eius accipe ex flo-
ribus ipsius quantitatem quam
volueris et ex radice medium
eius et exprime De oppone illud
quod dicimus De oleo rose et viol.
Operans autem succus eius est sicut
succus absinthii De decoctione aut
et actione sustinet mediocriter Posse
Solutione autem educit flegma
grossum et coleram permixtam
et educit etiam aquam citrinam
cum facilitate et eius appetitus
est proprie et maxime ad pul-
monem et pectus materiarum
et subtiliando et educit ab eis
materias cum facilitate et proprie
grossas viscosas adherentes et
est alius eius appetitus ad caput
et membra prima eius et ad
splenem removet opilationem eo-
rum et curant morbos opi-
lationis in ipsis et educit materias

aberit sicut ydropisis proprie et
est ex bonis resoluentibus duriciem
eorum et apostemata et dolores
ipsorum et est medicina bona
lenitiua et resolutiua omnis duri-
ciei et proprie uirtutarum et nuorum
et apostemarum durarum et scrophu-
larum et proprie coctum cum aqua
sicle aut caulium aut cum vino
et permixtum cum melle et oleo
camomill' et confert dolori ca-
pitis antiquo et proprie emplas-
trum ex eo et cum gargarismo facto ex su-
co ipsius et commouet sternutacionem
et educit per viam nasi superfluita-
tes plurimas ex cerebro et prohibet
fluere ad partes corporis et cuius
est administratio et proprie
cum rob propter iuuamentum ma-
nifestum tussi antique cuius cau-
sa est humiditas grossa et visco-
sa et difficultati anhelitus et
mundificat vesicam et renes et
confert suppositum et emplastrum
de doloribus eorum et educit me-
strua et facit aborsum et est
medicina magna ulcerum an-
tiquorum et putridorum et mun-
dificans eas et generans in eis car-
nes laudabiles super ossa nudi
vestiens carne et cuius empla-
strum et cum pessario facta ex eo con-
fert sciatice et collutio os ex
aceto decoctionis ipsius et re-
mouet dolorem dentis et sedat
reumatismum eius et suppositorio
facta ex eo aperit orificia emo-
roydarum et confert usus eius
et qui effundit semen suum ma-
liuolentie et fit ex succo ipsius
et farina fabarum et ceterorum
linimentum bonum mundificans
faciem et abstergens maculam
eius. Oleum vero eius confortat ner-
uos et iuncturas et confert spas-
mo humido et confert dolori
pectoris et pleuresis et peripleumonie
et distillatio eius in aure con-
fert dolori eius et distillatur
ad fetorem nasi et remouet
eum et inunctio eius in tem-
poribus facit dormire et con-
fert dolori capitis et matu-
rat caterrum et confert inunc-
tio eius dolori epatis et sple-
nis et renum et confert dolori
matricis et dolori iuncturarum

et podagre *D. C. S. I. S.*
cuius est a 2 n 7 usque ad vel 9
fuerint per annos. n. *De Cucumere*
Cucumer asininus est fructus
sicut cucumer paruus apparen-
tis plurime amaritudinis vel
et cuius planta habet folia simi-
lia cucumeris sed asperiora *Electio*
Melior pars plante est succus ipsius
et proprie eius complexi sicut
post ipsum radix et melior fructus
eius citrinus completus expoli-
atus aut a viriditate que est ama-
ritudinis vere et cuius succus est
albus habens sicut de pingue-
dine aliquid incompletus vero
est malus educens sanguinem
solutione et radix eius ingredi-
tur medicinas utilitatum mul-
tarum et melius tempus opera-
tionis succi eius est finis estatis
et collectionis radicis est finis
veris *Complexio et proprietas*
Calide complexionis et sicce in 3°
est autem compositus ex partibus
igneis et partibus terreis aduste
est aut resolutiuus subtiliatiuus
aperitiuus orificiorum venarum
abstersiuus extenuatiuus exsicca-
tiuus et solutiuus *Rectificatio*
Secundum aperit orificia vena-
rum quare conducit torsiones fi-
entes cum solutione angustia
et est timendum ex eius succo eius
adiungatur ex bdellio aliquid
aut ex dragago aut si conficiatur cum
lacte dulci recenti mulsio aut
cum aqua mellis et sale et
vigoratur et facilitatur eius
operatio si etiam in operatione succi
ipsius proiciatur salgemme quan-
titas aliqua et succo cum species
aromatici addunt virtuti leniens
Operatio succi eius accipit ex
succo eius quantitatem quam vo-
lueris et proprie cum extreme sicut
et in maturitate complete et
fiat exterius sicut cum facilita-
te non cum compressione et expres-
sione laboriosa et exsiccentur
sicut exsiccatur scamonea et alie
et quidam accipiunt aliquas
ex speciebus aromaticis et li-
gant in panno et suspendunt
ipsos usque dum incipiat impressa-
ri et species remouent. alii po-
nunt alia secundum intentiones alias

Expellit autem eius nocume-
tum a corpore aqua ordei mel-
lita et similiter vinum et oleum
Educit flegma et **Posse**
dixit Iohannitius solvit stamo-
nicam et secundum veritatem edu-
cit flegma cum virtute per vo-
mitum et ventrem et interdum
coleram et proprie si miscea-
tur ei tartaro et educit ma-
bilis aquositates a partibus
difficilis eradicationis coru-
et educit materias que sunt in
iuncturis et curat dolores ea-
rum et proprie succus eius
et etiam radix ipsius cum ab-
sinthio in aqua et oleo usque
dum sint bene excocta et cum
decoquantur tempora et ex de-
coctione calida et oleo fiat ex
fere emplastrum stringendo eam cum
pora resolvuntur cum epithimia la-
boriosa difficilis et capitpurgia
qui ex succo eius valet similiter
sparge cum lacte puro educit
enim ex via nasi superfluitates ce-
rebri plurimas et valet ad fe-
torem nasi et dolorem capitis
antiquum et epilensiam et modo
emplastronis quem diximus re-
solvit apostemata grossa et du-
ra et strophulas et proprie pro-
miscendo ei aliquid extractio-
ne capparis cum melle succus
vero eius et succus radicis ipsius
est medicina bona hydropisi
extrahit enim aquam citrinam
cum fortitudine et similiter de-
coctio ipsius confert pectori et
oppilationi epatis et splenis et
confert sciatice inveterate ma-
nifeste emplastrum et pulverisatum
pulvis vero eius cum radice eius
cum melle attenuat cicatricem
fedam et removet vestigia ni-
gra que remanent post percus-
siones et fit ex succo radicis
eius et farina fabarum li-
nimentum bonum abstergens
sordidinem facie et feditatem
cutis et sanatur morphea cum
radice eius et aceto forti et au-
fert eam et similiter valet ad len-
tigines et succo qui solvit ex eo
qui superfluit educit sanguinem
et stimulare succus eius terminis
et est administrandum per sex menses

sicut eius est a x drachmis **Dosis**
usque ad ʒ iii et pulvis radicis
eius et granum est usque ad ʒ ii
et aqua decoctionis eius radicis
a iii usque ad x **De Centaurea**

Centaurea alia maior alia
minor inter quas distinguunt
proprietates note **Electio**
Minor melior est in omni re cuius
flores et stipites colorem sunt
citrinum pallidiorem et melior
pars plante eius sunt flores et
semine ipsius et melius tempus
collectionis earum est principium
estatis **Complexio et Aetas**
Calide complexionis et sicce in secundo
et dixit Ruffus quod est in principio
tertii et est composita ex partibus
terreis adustis in parte cum
amaritudine et ex partibus non
adustis cum permixtione aquo-
sitatis a quibus inest ei stipticitas
et est in ea de dulcedine a parte
aeris in ipsa et ex acredine ali-
quid a partibus igneis Sed amari-
tudo in ea plus est stipticitate
ipsius et stipticitas plus dulce-
dine et acredine et acredo in
ipsa est remissa sine mordica-
tione quare est ex maxime cu-
rantibus vulnera primo sigilla-
tibus ea primo ipsa est abstersi-
va exsiccativa et consumptiva
superfluitatum et solutiva ventris
et quod superfluit purgatio ex ea
solutione educit sanguinem appa-
ret enim ex eius venarum apertione
sanguinem manante sanguinante
Dubitavit enim Hermes hic in
ea de eo quod dicitur apertiva vena-
rum et effusiva sanguinis cum
sit sigillativa vulnerum et sana-
tiva Adhuc autem dixit alkindus
confert sputo sanguinis et ag-
gregat ad retentionem eius et
sigillationem loci mansionis illius
Inquit ebenmesue satis fuit
inquisitioni proprietatis expositio-
nis ipsius Item amaritudo in
ipsa et stipticitas sunt sicut do-
minantes que sunt ad aggre-
gandum magis et fit propria con-
servatio operationis per ipsas a do-
minante ei propinquior
Cum autem substituitur viriditas
ipsius et acrimonia per longam
eius actionem cum agitatione

in tempore sit consecutio operationis a virtute subtili acute ipsius et calide quare operatur quod diximus et non semper sed illud proprie tamen ex ea operatio superfluit.

Rectificatio

Est ex facientibus oportet tre-dam et est contrarietatiua et est aptiua orificiorum venarum. Confortatur autem eius operatio cum aqua mellis et oximelle et pauco sale vel aqua decoctionis amcos mellita proprie et salgemma et remouetur. Similiter eodem nocumentum suum et remouetur tenuum administrando aliquid de mastice cum ea et emendatur corrosionem autem et contritionem plenum sustinet.

Posse

Solutione educit flegma grossum vel crudum et proprie minor et coleram citrinam et maturas a virtutes et mundificat iuncos et confert doloribus eorum et confortat cenatione vincamentum magnum emplastra et restrictata et similiter emplastro confert dolori neruorum et constrictioni lacertorum et proprie quintum cum sale pauco et melle et oleo et est medicina opilationum epatis et splenis et prouocat menstrua et sanat dolorem matricis et educit fetum et confert colice et dolori ventris et mundificat renes et solutione educit eas. Vrinam autem ex re stipticitatis eius sunt quoniam absumit saniem sanguinis et sanat vulnera et mundificat ea et consolidat difficiles consolidationis proprie et proprie puluis et vnguentum factum ex ea et vinum decoctionis eius est potens ad hec et proprie ad fistulas et quidam dixerunt superstitio quoniam si coquatur cum carnibus consolidat eius propter dictas.

Dosis

Eius est a tercia ℥ j usque ad ℥ j et s. et in decoctionibus a ℥ j usque ad iiij.

Cartamus

Cartamus duorum est membrorum, est enim domesticus et siluestris, et dixerunt quidam quod vilis est ex speciebus cartami et elongatus sunt.

Electio

De quo loquimur hic est domesticus, et melior pars plante eius est semen eius propter illud flos eius et melius semen eius est quod est album et plenum grossum et plenum cuius medulla est vnctuosa pinguis et cortex tenuis et melior est flos qui est sicut pili grossi.

Complexio et proprietas

Calidus est in primo et siccus in secundo et flos eius est minus calidus et siluestris est calidior et siccior est enim in eo virtus laxatiua remissa, est autem tertia manus abstersiuus aperitiuus et ablutiuus et faciens nauseam et inest ei virtus peruendi per vomitum et ventrem et eius nocumentum est parum et multum nocens stomacho et dicitur quod exsiccat in mamilla et stomacho.

Rectificatio

Noret stomacho faciens fastidium et tarde et debilis solutionis et dimittit vestigia lenitatis in visceribus emendatur autem primum nocumentum ex eo commiscendo ei aliquid ex medicinis stomaticis sicut est anisum proprie et galanga et macis et similia et confortatur ei solutio, etiam dat nocumentum quod imprimit fastidium commiscendo cum eo aliquid ex medicinis acutis sicut cardamomum proprie et ℥ et sal gemma et salgemme et similia.

Inquit Galienus accipe medulle eius ℥ j, cordumeni aureo j al. j fac ex eis gummi sicut oportet et da ℥ v. soluit enim sufficienter. Dixit etiam Lagii ex medulla eius quantitatem sufficientem in panno et suspende in oximelle quando coquitur et erit solutiuum proprie si oximel fuit squilliticum. Inquit alkindi accipe medulle ipsius aureos xij, pendis quatuor in turbith aureos iij, agarici aureum j aggregentur omnia cum melle et fiant forme sicut nuces et da ubi oportet j vel ij. Et dixit G. decoquatur medulla eius in iure galli vel gallinarum cum speciebus et bibitur ubi oportet, et dixit et ex medulla eius et tercia ponderis ipsius ex amigdalis et sexta ex pineis et aggregentur omnia cum melle decocto

et succo sepulle et silchos vina-
menti mirabilis adea que dixi-
mus · extrahitur ab eo oleum
vinatorum mixtorum et eius ope-
ratio est sicut opus olei albehen
et olei amigdalarum Posse
solutione educit fleuma per vomitum
et per ventrem et similiter aquo-
sitates et valet ad egritudines
ex eis sicut est colica et nasti-
satis similiter valet et mundifi-
cat pectus et pulmonem et pro-
pter hoc precedunt et alii
medici administracionis eius et
clarificat vocem et similiter oleum
ipsius et usus ipsius in coitu
augmentum facit vel efficit
flos eius cum aqua mellis
removet urinam Dosis
eius a ℥ iii usque ad aur. v. et
olei eius a ℥ i usque ad aur. ii.

De Behen

Behen est granum
almessus et eius aliud
magnum aliud parvum magnum
autem est in magnitudine fructus
avellane triangulatum parvum
vero est sicut ciceris et habet inter
se medullam unctuosam et leve
et album E · I · E · C · E · I · O
Magnus mollior est parvum ve-
ro malignum est magnum autem me-
lius cuius cortex est albus plenus
tenuis et cuius medulla est alba
levis multe unctuositatis et an-
tiquum melius est recenti etiam
parvum melius est subnigrum decli-
nans ad albedinem et cuius me-
dulla est unctuosa alba et levis
et antiquum melius recenti B.
Magnum calidum plexis et pro-
est in principio et siccum in 2°
et in ipso est humiditas super-
flua cum arcedine et est mun-
dificativum abstersivum mundificativum
et aperitivum oppilationis subversivum
visceris commixtionis per frigi-
ditatem eius superfluam provocat
ad vomitum et minus fortius
est in omni re faciens operationes
difficiles et laboriosas conve-
nit ad tussim veterem et sudo-
rem frigidum Rectificatio
Parvum prohibendum est admi-
nistrari nisi in emplastris et fomen-
tationibus et olei ipsius similiter
sed in unctionibus magnum autem
malum est corrigibilis et sunt
corrigibilia in ipso nocumenta
sto faciens subversionem et est
laboriose solutionis et tarde et
nos diximus in sermone quod
assatio eius resolvit ab ea et
maturat humiditatem superfluam
et arcedinem ad subversionem et
nauseam et diminuit ei ut sit
solutivum per ventrem tantum sed
aut fere et amissum cum eo rectifi-
cat nocumentum primum et
proprie mixta coctio eius et fiunt
ex medulla eius post coctionem
ipsius et medio pondere et ex
amigdalis dulcibus et melle et
pastilli forme sicut avellane
et fiunt unguenti magni ubi
opus operatio decoctionis eius
Accipe ex eis integras quantita-
tem quam volueris et invol-
ve in pasta et coque in cinere
calido et extrahe medullam
eorum et contunde micam
et ex seminibus et specierum ali-
quas et involve papiro et de-
super involue pasta et fac sic
superius oleum aut extrahit
sicut oleum ex amigdalis Posse
Per ventrem educit fleuma
crudum et grossum et est me-
dicina mirabilis ad colicam
fleumaticam et ventosam et eti-
am nasthegsatis et suppositum
et sic emplastrum ex medulla eius et
farina ordei et melle tantum va-
let · similiter ad egritudines ner-
vorum frigidas sicut est con-
tractio et spasmus et calefa-
cit eos et levat duritiem com-
et nodositatem et emplastrum sup-
er et splenem et proprie cum
farina lupinorum et aceto et
confert duritiei oppilationibus co-
rum Behen autem parvum em-
plastrum egritudinibus iam dictis
est utilius et similiter oleum
eius Oleum autem de Behen
confert vestigiis ulcerum et
lentiginibus et feditati cutis
et morphee et positum in aure
confert dolori eius et sonitui
in ipsa et surditati et posse
eius est a ℥ s. usque ad Dosis
℥ i et S.

De lapide armenio

Lapis armenius inquit Al-
lexander a velificatoribus
inventus est provocativum in

educendo coleram nigram hec enim operatio est in ultimo eius cum nigro et preciosior lapide la-
zuli **Electio** Melior est ha-
bens colorem medium inter vi-
ridem et obscurum teneum et mu-
dum et habens maculas citrinas di-
stinctiones virides et nigras
et qui non est in lapide fund.
vino est facile dissolubilis et pl-
uis sabilis et qui est levis luci-
dus asperitate **Com. et pro.**
Calide complexionis est in primo
et sic. in secundo et est resolutivus
et abstersivus et est ex trahenti-
bus et subtractentibus sordium
et educit per vomitum et per ven-
trem **Rectificatio** Nocet stomacho
generat subversionem et facit
cum angustia solutionem et di-
xit alexander non lotus per vo-
mitum solvit et per ventrem et
cum labore. lotus autem solvit
per ventrem et sine molestia. cura
autem in lavando ipsum. hoc
est teratur cum facilitate in va-
se lapideo deinde fundatur su-
per ipsum aqua dulcis et lavatur
sicut terendo et fiat illud freque-
ntes semper innovando aquam
et donec dentes per illud lavetur
cum aqua re. Et dixit alexander
lavetur cum aqua buglosse prius
depurationem eius acquirit enim
ex hoc inmeliusis proprietates ad
egritudines multas **Posse**
solutione educit coleram nigram
et cum virtute mundificat cere-
brum ab ea et valet ad egri-
tudines melancolicas sicut
est mania melancolia et ver-
tigo et dolor capitis et epilen-
sia et ad egritudines timoris su-
spitionis et ad lepram et ad e-
gritudines splenis et ad can-
crum et ad morpheam nigram
et felices melancolicas **Dosis**
Non loti puro est a ʒ. i. usque
ad. i. ʒ. et s. al. usque ad. ii. **De**
lapide stel-

Lapis stellatus est
lapis de genere marmo-
rum habens maculas ex auro
et cuius albus est albus et de mar-
casita albus vel clarus celestis
et vocatur lapis lazuli et omnes
inmerea utrumque sit simil. **Electio**
Melior est cuius color est vidior

in colore lazureo et habet macu-
las aureas et mixta cum mar-
casita est non bona et non ma-
culata est non bonus et sub-
levis **Complexio et propr.**
est ca. in 2o. sic. in tertio et dixit
hunain est in utraque in tercio
et est in ipso acuitas non vari-
ata stipticitate aliqua et est ex
parte acuitatis eius adustivus
alterativus putrefactivus abster-
sivus et incisivus et in non lota
est proprietas cadendi pilos **Rectificatio**
Sunt in eo nocumenta que dixi-
mus in lapide armeno et expe-
dit tollere nocumenta eius et
simul cum ablutione sicut dixi-
mus de restauratione dixit sustine-
net plus est lapis armenius
Audivi aut ex sapientibus pe-
suerunt ipsum post eius ablutionem
onem in confectionibus letitie
et ipse ʒ. viii. ex eo ad lib. i. ex
confectione et dabitur cum
succo buglosse depurato et vino
antiquo subtilior est medicina
sollempnis ad egritudines cor-
dis inspicit iuliacus dilatat
animum et facit in ea memo-
ria gaudii generem **Confectio**
lapidis lazuli ex inventione
nostra accipe ex scarameta et
cremes sicum vel l. et merge e
os in succo pomorum dulcium
et copali restarum an. ll. i. et s.
et dimitte die uno deinde fac
modicum bullire usque dum a-
qua rubeat deinde extrahe
ab eo scaram et pone zucari ta-
berzet ʒ. c. i. et coque usque dis-
solvat et remove ab igne
et prone in eo calido ambree
crude sicutstatim misse ʒ. vi.
et dimitte liquesi in eo deinde
prone super eo pulverem hatn
lerium ab ligno aloe crudi
et despsem an. ʒ. & lapidis
lazuli loti preparati ʒ. xii. mar-
garitarum ʒ. ii. auri boni ʒ. ii.
musci ʒ. i. et tritam confice
cum predictis et hec est me-
dicina maximi iuvamenti
ad pulsum cordis et sincopim
et algneginas et tristicia qui
ca. et est ex eductis animum
confortantibus confectione mira-
bili **Posse** solutione educit

melancoliam et humores adustos et mundificat venas et sanguinem ab eis et non solum educit per vomitum et per ventrem humores grossos et viscosos et confert ad egritudines cerebri et cordis sicut est epilepsia et mania et melancolia quartana est materia humoris viscosi et confert iuvamento subtili egritudini timoris et tremori cordis et sincopi et confortat cor et aufert nocumenta eius dilatat animam pectus et pulmonem et confert asmati ab humoribus grossis et egritudinibus splenis et est ex rebus conservativis iuventutis et beatificativis vitam et ipse quidem preservat a lepra et suppositum educit menstrua et datur ex eo patientibus febres viscosas et quartanas et confert usus eius ad emoroidas retentas **Dosis.** **Quantitas** eius est a ʒ i usque ad ii et s. **De Sene**

Sene est folliculus plante quam vocant Perses akemet et eius ortus est secundum [?] herbi [?] et invenitur ex eo domesticum et silvestre **Electio**

Melior pars plante est folliculus sene folia sed vis in eis est virtus debilis valde et melior folliculus est cuius color accedit ad viriditatem et subnigredinem quandam et in quo est de amaritudine res modica et stipticitate et qui est magis completus et in quo sunt semina ampla compressa subalbidus autem non est bonus et incompletus similiter et meliora folia sunt viridia subalbida nero [?] et tenuia non bona et antiquum ex eo est sine virtute et stipites eius sunt inutiles **Complexio et proprietas** Calidum est in principio secundi siccum in primo et folia sunt in primo calida et est abstersivum mundificativum vehementer solutivum **Rectificatio** Est debilis solutionis et tarde et debilitat stomachum. Unde confortatur eius operatio in permiscendo cum eo aliquid ex reliquis [?] sicut ʒ iii proprie et salgemme et salindi et medicine cordiales et stomatice mixte cum eo felicitant opus eius

Et dixit G. decoquatur cum iuribus gallorum et gallinarum aut caulium aut ciceris et solvit sine molestia sed oportet ut eius quantitas sit multa et si infundatur cum aqua casei et specierum et deinde coquatur ebullitione aliqua est medicamen bonum et similiter precipit quidam ut quantitas eius submergatur in musto et fit mustum album et post 3 menses exprimetur ubi oportet. Est enim vinum solutivum mundificans cerebrum et sensus et generat letitiam et sunt qui preparant decoctionem eius et [?] cum eis et fit solutivum bonum. Et decoctione eius sumitur mediocriter **Posse:**

Solutione educit cum facilitate melancoliam et coleram adustam et mundificat cerebrum cor epar et splenem et membra sensuum et pulmonem et confert egritudinibus eorum et aperit opilationes eorum viscerum et confortat iuventutem et generat gaudium scabiem autem et tristitiam amputat et ponuntur folia eius in lavacris ad caput et specie cum camomilla et confortat cerebrum et nervos et secundum omnem modum administrationis eius addit in visu et corroborat auditum et est medicina bona febrium mixtarum et antiquarum **Dosis** eius infusio pondus est ab aureo i usque ad ʒ i

Capitulum de speciebus salis

Species salis

Salis famose species sunt quatuor. sal commune. salgemma salnaptinus et salindi. Sal commune aliud est minerale dulcior et amarior. aliud marinum quod si aquam inveniat facile dissolvit. Salgemma vero est sicut cristallus scindibilis. salindus aliud subniger. aliud subrufum absolute. salnaptinus color niger est huius saporem nafte. minerale est fortior marino et salgemma eis. et salnaptinus illud indum aut omnibus est fortior et subrufum melius est subnigro et subniger est fortior et omnis quanto amarior tanto fortior **Complexio et proprietas** Calidum et siccum est in secundo et quanto amarior est tanto calidior et siccior Est

aut compositus ex partibus terreis
adustis et amaris et ex partibus
aqueis sine sapore que si sint
equales salsus sapor perficitur
dominantibus aut terreis ad ama
ritudinem propior, aqueis vero
in salsedine remissior. Est autem
sal liquefactivus et incisivus subti
liativus et inspissativus soluti
vus constrictivus et preservativus a
putredine exsiccativus mordicati
vus et est subversivus stomachi
conturbativus preparans ad vo
mitum. **Rectificatio** Sal non est
sicut radix in re medicinali sed ut scilicet
subtilis quacumque ex se sit soluti
vus sed ponitur sicut res dans
vigorem radici. Confortat enim
medicinas dantes tarde et debi
liter solutionem facientes cum
ex insensibilibus cum eo meliorantibus
tibus conditionem eius non est
equivalens ad removendum grossi
tatem ipsius sicut muccilagines et
illud propter quod propriam suam virtutem
res etiam insipide similiter fa
ciunt simul inspissant. **Posse**
Omnis sal solutione educit hu
mores grossos et viscosos et
eius collectio est liquefaciendo
quod invenit ex humiditatibus
et per illud consistere in quo sal pu
rus fackes facit superfluitatum
egressionem removet fastidium
liberorum et excitat appetitum et
casterisatum educit fleuma intus
et fleuma viscosum et mixtum
cum aliis medicinis resolutivis
confortat eas in solvendo. Do
autem ex eo coctum est cum tan
to ponderis vasorum fractorum
decem quanta ipsum sit dentifricium
bonum mundificans dentes et
auferens fetiditatem et confir
mans gingivas laxatas. et sunt
qui inmiscent ei ciperum et spu
mam maris massatum et cor
nu cervinum et similia et sal
bullitum cum oleo positus super
combustionem ignis prohibet
vesicationem et inunctus super
nervos confortat eos et simi
liter coctus cum oleo et semina
terebentina positus super pun
cturam nervi cerami prohibet
apoplexiam et spasmum et similiter
super flebotomiam ceram et mixtum
cum sinapi et melle valet con
tractioni musculorum et rasu super me
brum et doloribus ancie. Et sal
mixtus cum oleo et melle remo
vet vestigia percussionum nigra
et omnes quidem species salis
consumunt et auferunt additiones
sicut est pannus et ungula et
caro putrida. et similia et con
ferunt similiter squinantie et ra
nule et mollificationi lingue
et omnes faciunt subversionem
et vomitum et diminuunt sperma
et eorum usus generat scabiem. sal
gemma quoque solutione educit
fleuma vitreum et expellit humo
res quorum eradicatio est diffi
cilis et mundificat instrumenta sensu
um et valet ad impetiginem et pro
prie mixtus cum agarico et turbith
muccilaginibus et abstergit pectus et mun
dificat stomachum et confert do
lori aurium et fit ex eo dentifricium
bonum mundificans dentes na
phtinus vero et salgindus fortiores
sunt aliis in omni re et educunt
ambo melancoliam fortiter et fleu
ma et preservant corpora a putre
factione et valent ad lepram
et ad egritudines melancolicas. ve
rum non administratur per se sed po
nitur in confectionibus propter illud
quod diximus et pillulis et ene
matibus et collirys et aliis mo
dis administrationis. **Samach**

Samach aliud minerale aliud
artificiale. minerale aliud
armenum, aliud affricanum. aliud
romanum. aliud egiptiacum. Arme
num vero est laminosum album
habens permixtionem rubedinis
et aliquid puncepitatis et est
salsum mordificativum. Alie vero
species in bonis proprietatibus sunt
remissiores et debiliores. Ar
tificiale autem sicut dicitur est
spuma vitri que est alba levis
et salsa mordificativa et est
sicut flos salis. **Electio**
Minerale est fortius artificiali
et armenum est fortius egiptiaco
et egiptiacum affricano et ro
mano. et melius est ex eis quod
habet proprietates. scilicet quod est la
minosum et quod est frangibile
et quod habet in truncatis suis lu
ciditatem et quod est leve

spongiosum et quod est album
habens permixtionem rubedinis et
quod est salsum et mordificati-
uum / et ex artificiali melius est
flos pietris et quod ex vitro for-
tius. Complexio et proprietas
Ca. est in principio tercii sic. in
primo et est in ipso salsedo secundum
plurimum et de stipticitate aliquid
quare est conueniens sua absterso-
sio. est autem excitatiuum incisiuum ma-
teriarum grossarum resolutiuum ab-
stersiuum mundificatiuum Rectificatio
non est ex medicinis que sunt
sicut fundamentum in confectioni-
bus sed et sicut hic proxime de
sale diximus Posse.
Administratur in confectionibus et
medicinis et clisteriis et supposi-
toriis et solutione educit fleu-
ma viscidum et viscosum a partibus
difficilis eradicationis eius et
administratur cum melle et educit
ipsum per vomitum et confert
dolori stomachi et interficit vermes
et educit eos secundum omnem modum
administrationis eius et confert
colice et fleumatice et ventose
et proprie cristere cum eo ex aqua
et oleo rosaceo vel aqua decocti-
onis rute et confert emplastrum eius
stringibus et sternutacione multis propter
hoc ydropisi et dolori splenis et
stomacho frigido Capitulum de sarcocolla
Sarcocolla est gumma arboris
que est sicut frutex et est spi-
nosa cuius rami sunt nodosi col-
lecti ad arborem et colligitur
ex ea que et ex eius aliud albu
sicut thus et aliud subcitrinum
Electio fortius subcitrinum al-
bo et quod est amarius est me-
lius Complexio et proprietas Ca. est in
2o gradu et eius siccitas est minor
caliditate sua et est maturatiua
et abstersiua resolutiua et aperi-
tiua / et est in ea virtus sigillatiua
vulnerum et conglutinatiua et mun-
dificatiua et incarnatiua Rectificatio
tarde solutionis est et debilis
et continebat eum in cuius stoma-
cho dominatur colera quia cum
ne ei in cuius stomacho dominatur cali-
ditas et in quo est colera proprie
tyr / vicerit autem eius oppositionem
33 et medicines Confectio pillu-
larum de sarcocolla quas fecit

hali senex Recipe sarcocolle ʒ iii
turbit ʒ iii ipsioris collo-
quintide ʒ i / ʒ s ʒʒ. elacterium salgeme
ʒ dissolue sarcocollam in aqua
rosarum et confice et fac pillulas sunt
enim mirabiles ad ea que diximus
inuenitur autem sarcocolla in
lacte asine omni die infunden-
do lac super ipsam in scutella
vitrea per dies v et est medicina
bona egritudinum oculorum Posse
Solutione educit fleuma viscidum
et humores grossos et proprie quod
est in iuncturis et ancis et mun-
dificat cerebrum et neruos et
confert tussi et asmati et est
ex rebus conferentibus senibus
et ipsa fleumaticis vsus tamen
eius generat caluiciem Ipsa eius
impinguat corpus et augmentum
efficit in semate ut dicit Dyasc'
et ipsa est medicina subli-
minis obtalmie et lippitudine
et proprie nutrita sicut dixi
et confert ulceribus putredis in
aure et saniosis et proprie lini-
mento et in melicrato resolu-
to aut pulue seminis et posito
in aure est ad illud vtilis et
est medicina sublimis omnium
vulnerum recentium putridorum et
antiquorum et mundificat ea et
generat carnem in ipsis et con-
solidat et hec est proprie virtus eius
Dosis eius a ʒ s usque ad ij Capitulum
Serapinum De Serapino
est gummi alha sehnnedeg et
est arboris similis olegandro in
tanto Electio Melior est cuius co-
lor est inter subrubeum et sub-
albidum et quod habet odorem por-
rorum quod est facile resolubi-
le in aqua et quod est clarum
cum spissa substancia et quod ex
eo leuius est melius et quod
non est in vehemencia odoris asse
non habet odorem galbani ipsum
enim sic est adulteratiuum Complexio
cuius est siccum quod calida et proprietas
et eius caliditas est in 3 sicci-
tas vero in 2o et in ipso est ama-
ritudo cum acuitate sicut acui-
tas porrorum et est compositum
ex substancia subtili ignea et terrea
